Et surrexit. a. C. Ipsi sanctificauerūt eā.) Heb. (Ipsi prepaauerūt eā.) apponēdo valuas et ras et alia necessaria. verbū eni hebraicū hic positū equiuocū ē ad sanctificare et preparare. Hec Alco. C. Sed notandū qd̄ p̄ eo q̄ in lra nra est sanctificauerūt: in hebreo habet chidesu: q̄ dictio sanctificare significat i tota sacra scriptura. C. Itē. b. (In opere dñi dei sui.) Heb. (In ope domini dei sui.) vñ li dei non est in hebreo: nec in bi. no. an. C. Itē. b. (Et dimiserat hierusalē.) Heb. (Et dimiserat hierusalē.) et sic est i bi. no. correctis. C. Itē. c. (Raphaia filius ahur princeps vici hierusalē.) Heb. (Raphaia filij ahur princeps mediū ducat⁹ hierim.) Hec Alco. C. Sed notandū q̄ in hebreo sic habet. (Raphaia filius hur princeps mediū vici hierusalē.) et sunt similia verba i hebreo infra hoc caplo. c. vbi dicit Et iuxta euz edificauit sellā filius aloes princeps medie partis vici hierusalē. s̄ syriace significat regionē et est idē qd̄ vicus sicut in lra nra. C. Itē. c. (Mediā partē vici edificauit melchias.) Heb. (Mediā scdm̄ edificauit melchias) C. Itē. c. (Ipse et filij eius.) Heb. (Ipse et filie eius) et sic est i bi. no. an. C. Itē. f. (Airi de capestrib⁹ iordanis.) Heb. (Airi de capestribus.) vñ li iordanis nō est in hebreo. C. Itē. g. (Ascqz ad murū tēpli.) Heb. (Ascqz ad murum ophel.) Et notandū q̄ ophel vt ait briss Hieronim⁹ sup Esa. cap. 32. est nomen turris excelsę atqz firmissimę in hierusalē: q̄ ideo vocabat⁹ ophel qd̄ interpretatur tenebre siue nubi⁹: eo quod vt ipse ait vñ ad nubes videbatur pertigere. C. Itē. g. (Ascqz ad domū nathinneor et scuta vāletū) Heb. (Ascqz ad domū nathinneor et scruta videntū.) et de hoc vide supra. 3. Regi. caplo. 10. c. 4.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.



Incipit liber Bester. ca. i.

Significat etiam prepositum sicut
Hico⁹ dicit. vt supra eodē. b. ibi. Jo
hel filius zechi ppositus eoz erat.
et ps. 108. ponit pro epatu ibi cū di-
citur Et epatum eius accipiat alter
C Jre. d. (Et in domib⁹ p oēs regio
nes eozum de filiis iuda.) Heb. (Et
in villis capestribus de filiis iuda) z
incipit hic versus in hebreo. Et i vil-
lis zc. Heb Hico⁹. C Jre. d. (Re-
ballath z ono.) Heb (Reballath lod
z ono.) interpretatur autem lod: nar⁹
vel genitus. 12

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

N J sicut aut. a. C Ipse z fratres
cop) Heb. (Ipse z fratres ei⁹)
C Jre. c. (Et turrim emath.) Heb.
(Et turris meatu.) i. cētū. Heb ē illa
turris quā supra ca. 3. turrim cētūz
cubitozū appellavit sra nfa. C Jre
d. (In decore gratiaz actiones sa-
cerdotes z leuitas) Heb (In decore
graz actioēs sacerdotib⁹ z leuiti) 13

I H die aut. b. C Et cōtestar⁹ sū
eos vt i die qua vēdere liceret
vēderēt Heb (Et phibui eos vēde-
re i die qñ vendebāt ipi venationē.)

Addi.

Hec Hico⁹. C S notandū q⁹ p eo
qđ in sra nfa ē cōtestar⁹ sum i hebo
hētur Haid: q̄ dictio pprie cōtestari
significat. vt Exo. 19. d. ibi. Cōtesta-
re pplm zc. et. i. Regi. 8. d. ibi. Cō-
testare eos z predic zc. z in alijs lo-
cis. C Jre. c. (Cum quieuisent por-
te hierlm.) i. cum venisset tempus
quietis carum p clausionem. Heb.
(Cum obumbrarent porte hierlm)
i. facerent vmbriam lōgiores: quod
contingit circa vesperam z tunc inci-
pit solennitas sabbati que incipit a
vespere precedentis diei: ppter qđ
tūc claudēbātur porte ne p eas ifer-
rent venalia. Heb Hico⁹. C Jre. c.

Addi.

(Memento mei deus in bonū amē)
Heb. (Memento mei deus in bonū)
vnde li amen non est in hebreo: nec
in biblijs nostris antiquis.

C Explicit liber Hecmic.



N diebus . a .
C Qui eburne-
is circulis inferti
erāt) Heb. (Qui
circulis argēteis
inferti erāt) Hō
enim videtur q⁹

circuli tante magnitudinis possent
fieri de ebore. Heb Hico⁹. C Jre. b.
(Bibebant autem qui inuitati erāt
aureis poculis: et alijs atq; alijs va-
sis tibi inferebantur.) Heb. (Bibes-
bant autem qui inuitati erant aure-
is poculis z alijs atq; alijs vasis.)
vnde li tibi inferebantur non est in
hebreo. C Jre. b. (Posito super ca-
put eius diademate.) Heb. (Posi-
to super caput eius diademate rez-
ghi.) vnde infra cap. 2. c. Et posuit
diadema regni in capite ei⁹. C Jre
. c. (Interrogant sapientes ei ex
morte regio semper ei aderant z illo-
rum faciebat cuncta consilio scien-
tium leges ac iura maiorum.) Heb.
(Interrogant sapientes scientes
tempora sicut morte regio consue-
rat coram omnibus scientibus legez
atq; iudicium.) C Jre. d. (Unde re-
gis iusta est indignatio.) Heb. (An-
de magnus contemptus est.) i. regi
(et grauamē) i. omnibus alijs vro-
ratis. Heb Hico⁹. C Sed notandū
q⁹ pro eo quod Hico⁹ dicit grauamē:
in hebreo est Lafeph: que dic-
tio pprie indignationem significat
vt Leuit. 10. b. ibi. Super omnem
cetum oriatur indignatio. z in alijs
locis. 2.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

H s itaq; a. C Recordatus ē
vashī que fecisset vel que pas-
sa esset. i. penitendo de culpa sua et
dolendo de sequenti pena secundum
litteram istam. Heb. (Recordatus
est vashī et eozum que fecisset z pas-
sa fuisset.) Nam transacta passione

tre assuerus doluit de electione vas-
thi quia non poterat eam reuocare
propter edictum quod non audebat
infringere ne seditionem regni con-
tra se moueret: considerabat etiam
q⁹ vashī non renuerat ad mandatu
eius venire ex contemptu sed ex cō-
suetudinis honestate: quia cōiuges
perfarum z maxime nobilium non
exponebant se aspectui hominis ni-
si viroz suoz z valde ppinquozum.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Addi.

Hec Hico⁹. C Jre. a. (Qui fuit nu-
tritius filie fratris sui edisse) Heb.
(Qui fuit nutritius filie patris sui
edisse.) sed patruus vel quicunq; co-
gnati vocātur in scriptura fratres.
C Jre. b. (Et sex mensibus oleo vn-
gerentur myrrino.) Heb (Et sex mē-
sibus oleo vngerentur myrrhino)
i. oleo myrrhe. C Jre. c. (Filia abi-
hail fratris mardochei) Heb (Filia
abihail patris mardochei.) C Jre
d. (Duo eunuchi regis qui ianito-
res erant) Heb. (Duo principes re-
gis custodes vasozū) ppter qđ
eozū machinatio contra regem erat
periculosa: quia poterant ingredi
ad interiora z insicere veneno vasa
in quibus regi seruebatur. Heb Hico⁹.
C Sed notandum q⁹ pro eo qđ
in sra nostra est eunuchi: in hebreo
habetur Sarise: que dictio pprie
significat eunuchos. vt Esa. 39. d.
ibi. Et erunt eunuchi in palatio res-
gis babilonis. z in alijs locis. Et si-
militer pro eo quod Hico⁹ dicit cus-
todes vasozum: in hebreo habetur
Somre hafaph. i. custodes liminis
i. porte. Hā dictio hebraica Saph
hic posita limē significat. vt Ezech.
40. a. ibi. Et mensus est limen por-
te. et in eodem. b. ibi. Et limen por-
te zc. et in alijs locis. C Jre. d.
(Qui ad se rem detulerat) Hoc non
est i hebreo. C Jre. d. (Et iussit rex
vt in libro memoriali scriberetur vt
pro vita sua aliquid repensaret ei.)

Hoc totum non est in hebreo nec in
biblijs nostris antiquis. 3.

Addi.

Qst hec. b. C Missa est fors
in vnam) Heb (Missa ē fors)

Addi.

vnde in hebreo non est in vnam.
C Jre. c. (Et decem milia talentoz-
um appendam.) Heb. (Et decem
milia talentozum argenti appendā)

Addi.

C Jre. d. (Et cunctis iudeis qui in
vrbe erāt stentibus.) Heb (Et ciui-
tas susa plorabat) vnde in biblijs no-
stris antiquis sic habetur Et cunc-
tis qui in vrbe erant stentibus. 6

Addi.

N pe interius atrium domus re-
gie intrauerat.) Heb. (Aman quip-
pe exterius atrium domus regie in-
trauerat.) 7.

Addi.

I trauit itaq; rex. d. C Qui lo-
cutus est pro rege.) Heb. (Qui
locutus est bonum pro rege.) 8.

Addi.

D ituit mardocheum super do-
mum suam.) Heb. (Bester autem
constituit mardocheum super do-
mum Aman.) Et est idem: nam do-
mus aman sua erat quia eam sibi
rex donauerat. C Jre. a. (Duo sē-
gnum clementie mōstrabatur) Hoc
non est in hebreo. C Jre. d. (Iude-
is autē noua lux oxiri visa est.) Heb.
(Iudeis autem lux oxiri visa est.)
Vnde ū noua non est in hebreo.

Addi.

Addi.

Addi.

C Explicit liber Bester.

Incipit liber Job. ca. i.



I r erat. d. C Si
cut domino pla-
cuit ita factū est)
Hoc non est i he-
breo nec i bi. no.
antiq; C Jre. d
(In omnibus his
non peccauit iob labijs suis.) Heb.
(In omnibus his non peccauit iob)
vnde li labijs suis non est in hebreo
in hoc loco nec in biblijs nostris an-
t. 4.

Addi.

Addi.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS-USALES

minas vt dicit hic glo. Ra. Sa. Idec
 Addi. **Wico.** Sed notandum q pro eo
 quod in lfa nostra est militia: in he-
 breo habetur Sabba: que dictio p-
 pte militiaz significat. vt Deut. 17.
 a. ibi. Solē r lunā r omnē militiā ce-
 li. et. 4. Regi. 5. a. ibi. Naaman pū-
 ceptus militie. r i alijs locis. et ab hac
 dictione. s. Sabba descendit Sabba-
 oth quod interpretat exercitus. p. n.
Itē. a. (Sicut ceruus desiderat
 umbram.) Heb. (Sicut seruus desi-
 derat umbrā.) et sic habent libri cor-
 recti. **Hā** ex fatigatione laboris desi-
 derant quietari: r ideo lfa cōmūnis
 videtur viciata per scriptores ponē
 do lfa. c. pro. s. **Wico.** In
 Addi. biblijs quoq nostris antiquis est si-
 cut **Wico** dicit. s. Sicut seruus desi-
 derat umbram r. **Itē. b.** (Dies
 mei velocius transierunt quam a te-
 xente tela succiditur.) Heb. (Dies
 mei festinauerunt sicut radius) r est
 hic radius instrumentuz textoris p
 quod mittit filum ex transverso or-
 diture: gallice nauete: r transtē val-
 de velociter de vna parte orditure
 ad aliam. **Wico.** **Itē. c.** (Et
 Addi. reuelabor loquens tecum in stratu
 meo) Heb. (Et eleuabor loquēs me-
 cum in stratu meo) r sic est in biblijs
 Addi. nostris antiquis. **Itē. d.** (Parce
 mihi domine nichil enim sunt dies
 mei) Heb. (Parce mihi nichil enim
 sunt dies mei.) **Ande** li domine nō ē
 in hebreo nec in bi. no. anti. 8.
 Addi. **Itē. b.** (Aut crescere carrectum si-
 ne aqua.) Heb. (Aut crescere pū-
 tum sine palude) **Wico.** Sed
 notandum q pro eo quod in littera
 nostra est aqua: in hebreo habetur
 Waym: que dictio aquaz significat
 l tota sacra scriptura **Itē. c.** (Hō
 ei placebit vecordia sua.) Heb. (Q-
 minorabitur vecordia sua) Quia de
 fraudabitur ab eo quod intendebat

consequi per hypocrissim suam.
 Ideo premititur. (Spes hypocris-
 te peribit) **Wico.** Sed no-
 tandum q pro eo quod in littera no-
 stra est non placebit: in hebreo habe-
 tur Pachut: que dictio displicere p-
 pte significat. vt Ezec. 6. c. ibi. Dis-
 plicebunt sibi met super malis. et in
 eodem. 20. g. ibi. Displicebitis vo-
 bis in conspectu vestro in omnibus
 malicijs vestris. **Itē. c.** (Et in or-
 tu suo germē eius egredietur) Heb
 (Et in horto suo germen eius egre-
 dietur.) r accipitur hic hortus p vi-
 ridario. **Itē. c.** (Super acruum
 petrarum radices eius densabunt)
 Heb. (Super acruum radices ei-
 densabuntur) **Ande** li petrarum nō
 est in hebreo. 9.
Itē. b. **Espondens** iob. b. **Itē. c.** **Itē. d.**
Esponde interroget: quis respōdebit
 ei.) Heb. (Ecce auferet quis reddet
 illud) Quasi dicat nullus cum sit in
 finite virtutis. **Wico.** **Itē. b.**
 (Sub quo curuantur qui portāt
 orbem.) s. angeli sancti qui admini-
 strant omnem corporalem creatu-
 ram r deum adorant. ps. 97. Ado-
 rare eum omnes angeli eius. Heb.
 (Sub eo inclinantur adiutores glo-
 riosi) r est eadem sententia: nam an-
 geli sancti exequuntur mandata dei
 r sic dicantur eius adiutores. **Wico.**
Itē. c. (Si flagellat occi-
 dat semel.) Heb. (Si flagellat occi-
 dat subito.) **Itē. c.** (Et non de pe-
 nis innocentium irrideat.) Heb. (Et
 in temptatione innocentium irride-
 bit.) s. temptatorem: sicut in tem-
 ptatione beati Job irriti sathan qui
 in illa temptatione non habuit inten-
 tum sed oppositum. **Wico.**
Itē. d. (Pertransierūt quasi na-
 ues poma portantes.) Heb. (Per-
 transferunt quasi naues fluctuan-
 tes.) Quando enim ventus impel-
 lens nauē est ita fortis q faciat flue-

Addi.
 Addi.
 Addi.
 Addi.
 Addi.
 Addi.
 Addi.

tus in mari: tunc nauis currit velo-
 cius. **Wico.** Sed notādū q p
 Addi. eo qd in lfa nra est poma: in hebreo
 hē Ebe: q dictio vno mō significat
 poma. vt Lati. 6. d. ibi. Descendi in
 hortū meū vt viderē poma cōuallū
 et sic erit sensus sicut in lfa nostra.
 Alio vero modo potest significare
 inimicitiam vel desiderium. r tunc
 erit sensus Pertransierūt quasi na-
 ues peluncam duplicem. Et pro eo q in
 derantium: supple tre ad portū. io
Udet animam meaz. d. **Et**
 pene militat in me) Heb. (Du-
 tationes r terminus meū.) **Wico.**
 nes enim in afflictioe magna positi
 qualis erat iob: quasi continue cogi-
 tant de mutatioe calamitatis sue et
 de appropiquatioe termini vite sue
 Addi. **Wico.** Sed notandum q in
 hebreo sic hētur (Durationes mili-
 tant meū.) **Hā** pro eo qd in littera
 nostra est militat in hebreo hētur
 Saba: que dictio militiaz significat.
 vt supra ca. 7. a. dictum est. li.
Espondens autem sophar. a.
Itē. b. (Mendacia tua tacebit
 homines.) Heb. (Mendacia tua tacebit
 gentes) quasi dicat non: sed ea ma-
 nifestabimus. Intendebant enim a-
 mici iob ipsum ostendere mendacē.
 Addi. **Wico.** Sed notandum q p
 eo quod in littera nostra est tibi so-
 li: in hebreo habetur Badecha: que
 dictio equiuoca est: et vno modo si-
 gnificat tibi soli sicut i littera nostra
 Alio modo significat mendacia vel
 diuinationes sicut **Wico** dicit. de. i.
 Reuf. 15. f. ibi. Solus habitabit ex-
 tra castra. vbi pro eo quod in litte-
 ra nostra est solus: in hebreo est si-
 milis dictio. de. 2. Esa. 44. d. ibi.
 Signa diuinorum irrita facit. et in a-
 lijs locis. Et pro eo quod in littera
 nostra est homines et **Wico** dicit
 gentes: i hebreo habetur Methim:
 que dictio proprie significat morta-

les. r sic est sensus Tibi soli tacebit
 mortales: vel mendacia tua tacebit
 mortales. **Itē. a.** (Et q mltiplex
 Addi. esset lex eius.) Heb. (Et q duplex ef-
 set lex eius.) qd large tractat Burs-
 gen in additionibus tractat. S3 om-
 ne quod recedit ab vnitare potest di-
 ci multiplex sicut in lfa nostra. et p
 duplici ē ibi Chiphlain: que dictio
 habetur He. 23. b. ibi. Et det mihi
 speluncam duplicem. Et pro eo q in
 littera nostra dicitur lex: in hebreo
 est Thussa: q dictio equiuoca est: et
 aliq significat legem: aliquando sa-
 pientiam: et magis proprie entitatē
 vel id quod est. et tunc esset sensus
 continuando sic lfa ad immedia-
 te precedētia. **Ande** duplicat ad omne
 ens l' omnē entitatē. i. excedit oē qd
 est. Et li duplicare ē qdā mod' loquē-
 di p excessum: qsi diceret r q multi-
 plex. i. quātū excedēs v' excellēs est
 lex v' sapientia ei: v' q sit excedens
 omne qd est sicut dictū est. **Itē. c.**
 Addi. (Uel qd dicere ei pot cur ita facis.)
 Hoc nō ē in hebreo nec i bi. no. anti.
 Addi. **Itē. d.** (Et q aquaz que pterie-
 rūt nō recordaberis) Heb. (Et quasi
 aquaz q pterierunt recordaberis)
 vñ li non nō ē in hebreo nec i bi. no.
 Addi. anti. **Itē. d.** (Et qsi meridian' sul-
 gor cōsurget tibi ad vesperā.) Heb.
 (Et de meridie cōsurget orbis siue
 mundus.) s. tibi. 12.
Esponde asit iob. a. **Wico.** **Wico.**
 Defeni iusti simplicitas: lāpas
 ptepta apd cogitatioes diuisti para-
 ra ad tēp' statuti) Heb. (Deridef.)
 r. scq' (parata ad lubricates pedis-
 bus) qsi dicat: licet simplicitas iusti
 derideat a diuisti hui' scult: tñ fm
 xitate est lāpas siue lucerna directi-
 ua ne hoies i via mox offēdāt. **Wico.**
 Sed notādū q p eo qd in
 Addi. lfa nra ē: ad tēpus statuti: in hebo
 hē Moade ragel: q quidē dictioes
 sit equoce r possit significare lubi-
 -114.



cātes pedib' sicut **Wico** dicit: et etiam rēpus statutum sicut ē i lra nra. **Addi.** **C** **Frē. c.** (Adducit p̄siliarios i stultū finē) Pro eo quod in lra nra ē stultum sinez: in hebreo habetur Solal que dicitio vno modo significat stultitiam siue stultum finem. Alio vero modo significat predam vel spoliū. vt **Heñ. 49. e. ibi.** Et vespere diuidet spolia. ⁊ in alijs locis. ⁊ tunc erit sensus Adducit consiliarios in predam siue in spoliū. **C** **Frē. c.** (Ducit sacerdotes inglorios) **Heb.** (Ducit sacerdotes in predam: siue in stultitiam) vt dictum est in prece- denti annotatione. **Addi.** **E**ce omnia hec. a. **C** **Et cultu** res peruerforum dogmatum) **Heb.** (Et medici idoli omnes vos) Nam pro eo quod in lra nostra est peruerforum dogmatum: in hebreo habetur **Elil:** que dicitio proprie idolum significat. vt **Esa. 2. d. ibi.** Idol- penitus conterentur. et **Zach. ii. d. ibi.** **Q** pastor ⁊ idoloz. ⁊ in alijs locis. **C** **Frē. c.** (Quis est qui iudicet mecum: veniat.) **Heb.** (Quis est qui iudicetur mecum) Unde si veniat nō est i hebreo: s; pōt subirelligi. **14.** **Q**mo natus. a. **C** Quis potest facere mundum de immūdo conceptum semine: nonne tu qui solus es? **Heb.** (Quis dabit mundum de immundo: nō est vnus) glo- mundus in hominibus. **Heb. Wico.** **C** **Frē. c.** (Lunctis diebus quibus nunc milito. ⁊c.) **Heb.** (Lunctis die- bus termini mei). i. in omnibus die- bus vsq; ad terminum vite mee (ex pecto ⁊c.) **Heb. Wico.** **C** **Sed notā** dum q; pro eo quod in lra nostra est milito: in hebreo habetur Sabbai: que dicitio pprie militare significat sicut est in lra nostra. vt dictum est supra cap. 7. a. **C** **Frē. d.** (Signasti quasi in saculo delicta mea sed cura si iniquitatem meam.) **Heb.** (Sig-

nasti ⁊c.) sequitur (et accreuisti iniquitatem meam) Non est sic intelli- gendum q; deus sit causa peccati: s; quia ex consideratione diuine iustitie attingentis omnia peccata vsq; ad minima quantumcumq; occulta apparet pena debita maior. **Heb. Wico.** **C** **Frē. d.** (Lapides excauant a que: et alluione terra consumitur: ⁊ homines ergo similiter perdes.) **Heb.** (Lapides consumunt aque: ⁊ florabit renascentem puluerem ter- re: spem hominis perdes) quasi dicat: ex consumptione lapidum pul- uis ad ripam impellitur et inde aliquid renascitur: non sic autē ex ho- mine mortuo. **Heb. Wico.** **C** **S; no** tandum q; in hebreo est sicut in lit- tera nostra. ⁊ pro eo quod in lra no- stra est et homines ergo similiter p- des: in hebreo sic habetur. (Et ho- minis ergo spem perdes) **C** **Frē. d.** (Roborasti cum paululum.) **Heb.** (Roborasti eum) Unde si paululum non est in hebreo. **C** **Frē. d.** (Attamen caro eius dum viuit dolebit.) **Heb.** (Attamen caro eius dolebit) vñ si dum viuit nō est i hebreo. **15.** **R**espondens autem eliphaz. a. **Arguis** verbis cum q non est equalis tibi.) **Heb.** (Arguens non calescit). i. prudens in disputan- do non mouetur passione ire. Et sic notat ipsum iob de contrario. **Heb. Wico.** **C** **Sed notandum** q; in he- breo est sicut i littera nostra. **C** **Frē. a.** (Et obrulisti p̄ces corā deo) **Heb.** (Et magnificasti verbum corā deo) superbe loquendo. vnde ibi premit- titur. Quantuz in te est euacuasti ti- morem. **Heb. Wico.** **C** **Sed notan-** dum q; in hebreo sic habetur. (Et abstulisti preces corā deo.) ⁊ sic est i bi. no. antiq;. **C** **Frē. a.** (Et imita- ris linguaz blasphemāris) **Heb.** (Et imitaris linguā callidorū siue astuto- rū.) **Wā** p eo qd i lra nra ē blasphe-

Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.

mantium: in hebreo habetur **Bru-** mim: que dicitio callidos siue astu- tos proprie significat. vt **Heñ. 3. a.** ibi. Sed et serpens erat callidior: estis animantibus terre. et i alijs lo- cis. **C** **Frē. b.** (Nunquid grande est vt consoletur te deus.) **Heb.** (Nunquid parum tibi est vt consoletur te deus.) Nam pro eo q; in littera no- stra ē grāde: in hebreo habet **Deat** que dicitio proprie parum significat. vt **1. Ru. 16. b. ibi.** Nam parum vobis est quod separauit vos deus israel. et in alijs locis. Et idem **Burgesi** in **addi.** infra capitulo sequenti. **C** **Frē. b.** (Sed verba tua praua hoc prohi- bent.) **Heb.** (Et loquatur suauiter tecum.) vnde ibi premititur. Nunquid grande est vt consoletur te de? **Heb. Wico.** **C** **Frē. c.** (Lunctis die- bus suis impius superbit et nume- rus annorum incertus est tyrādis eius.) **Heb.** (Lunctis diebus suis im- pius conturbatur et numerus anno- rum incertus est tyranno) **Wāz** pro eo quod i littera nostra est superbit in hebreo habetur **Withcholel:** que dicitio conturbare significat. vt **ps. 108. ibi.** Et cor meum conturbatum est. et etiam significat infirmare vel dolere: sed sicut ex consequentibus patet prima significatio videtur ma- gis congruere. **C** **Frē. d.** (Non recedat frustra erroze deceptus.) **Heb.** (Non credet frustra erroze decep- tus.) et sic est in biblijs nostris cor- rectis. **16.** **R**espondens aut iob. b. **C** **S; quid** agam.) **Woc** non est i he- breo. **C** **Frē. c.** (Circumdedit me lā- ceis suis) **Heb.** (Circumdedertit me sagittatores ei.) vnde hic premitti- tur. Posuit me quasi in signuz sibi. **Heb. Wico.** **C** **Frē. c.** (Et effudit in terra viscera mea) **Heb.** (Et effudit in terra sel meum siue amaritudinē meam.) Nam pro eo quod in litte-

ra nostra est viscera mea: in hebreo habetur **Mererathi:** que dicitio sel siue amaritudinem significat. vt in- fra. 20. b. ibi. Sel aspidum intrinse- cus. et in alijs locis. **C** **Frē. c.** (Et operui cinere cornu meū) **Heb.** (Et opui cinere cornu meū) i. caput meū. **Wā** atiq; accidēte casu magni doloris ponebant homines puluerē vel cinerem super capita sua. **Heb. Wico.** **C** **Frē. d.** (Verbosi amici mei.) **Circa** hoc **Burgesi** in **addi.** sic ait. vbi translatio nostra habet ver- bos: hebraica littera habet quādam dictionem que proprie significat in- terpretes. Eadem enim dicitio ponit- tur hic et **Heñ. 42.** vbi dicitur qd in terpres erat inter ioseph ⁊ fratres. ⁊ est sensus quia iob vocabat aduer- sarios suos quos dicebat amicos p- antiph: asim iterpretes suos: eo qd interpretabantur verba sua non ve- re: sed ad sinistram partem. Ex hoc enim quod iob promissiones amico- rum temporales ad nihilum reputa- bat: interpretabantur eum diuinas consolationes spernere. vnde in pre- cedēti capitulo dicebat sibi eliphaz secundum veram litteram. Nunquid parum tibi est si consoletur te deus. Sed q; talis interpretatio erat falsi- deo subdit. Ad deum stillat oculus meus: qui mentem meam respi- cit: de quo statim supra dixerat. Ecce in celo testis meus ⁊c. **Heb. Bur- gesi.** **17.** **S**piritus meus. a. **C** **Non** pec- caui et in amaritudinibus moratur oculus meus.) **Burgesi** in ad- ditionibus dicit q; in hoc loco litte- ra hebraica multum distat: dicit enī sic. Si non mendaces incurrerit in amaritando me moratur ocul' me- us. Et est sensus q; iob in his verbis conquebat de amicis suis qui se- cum erant: de quibus dicit si nō in- daces mecum: qui per mēdacia ip-

Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.
Addi.



sum improbantur in amaritudinem ducebatur euz in tantis q oculus eius morabatur continue i afflictione: de quo dicit Et in amaritudinibus moratur oculus me⁹. et vt ab ista perfectione amicos euaderet: subdit pe tēdo. Pone me iuxta te. Hec Bur gen.

Addi. Sed notanduz q in hebreo sunt hic quedam dictiones equiuoce et potest esse talis littera. Atqz non mendacia vel fallacie meuz: r in amaritudinibus vel preuaricationib⁹ suis moratur oculus me⁹. C Itē. c. (Cogitationes mee dissipate sūt to: quentes cor meum.) Heb. (Cogitationes mee dissipate sunt hereditates cor meum.) i. immobiliter existentes ibidem sicut hereditas dicitur res immobilis. Hec Rico⁹. 18.

Addi. Respondens autē baldath. a. (Sed ad quem finem verba iactabis.) Heb. (Ad quem finem verba iactabis.) et sic est in biblis nostris antiquis. C Itē. a. (Intellige prius et sic loquamur.) Heb. (Intelligite prius et sic loquamur) et sic est in biblis nostris antiqs. C Itē. a. (Et sorduitimus coram te.) Heb. (Sorduitimus coram vobis.) et sic est i biblis nostris antiquis. C Itē. c. (Habitent in tabernaculo eius socij illius qui non est.) Heb. (Habitent i tabernaculo ei⁹ ille cui⁹ nō est.) 19.

Addi. Respondens autē iob. c. C Vbominati sunt me quondam cōsiliarij mei) Heb. (Abominati sunt me omnes viri secreti mei vel consilij mei.) vnde li quondā nō est i hebreo: debet tñ subintelligi. C Itē. c. (Quia manus dñi tetigit me.) Heb. (Quia man⁹ dei tetigit me.) C Itē. c. (Et de carnibus meis saturamini.) Heb. (Et de carnibus meis nō saturamini.) Interrogatiue loquitur et sic est eadem sententia. C Itē. d. (Vel celte sculpanē in silice.) Heb.

(Vel in perpetuis sculpanē in silice) vñ Burgen in additiōib⁹ sup hoc loco sic ait. Licet quidā legant vel celte sculpanē in silice: in biblis tamen antiquis habet vel certe sculpanē in silice: qd magis consonat cū hebreo Hec Burgen. C Itē. d. (Scio eniz q redēptor meus vinit: et in nouissi mo die de terra surrectur? sū: r rur suz circūdabor: pelle mea: r in carne mea videbo deū saluatores meum.) Heb. (Ego noui redemptorē meuz vinit: r nouissimus super puluerem conserget: et postea pelle mea inuoluet hac: et de carne mea videbo deum.) quod exponit aliqui de incarnatione filij dei r eius habitatiōe euz hominibus. sicut dicit Johannis. i. Verbs caro factū est et habitauit in nobis. Hec Rico⁹. C Itē. d. (Reposita est hec spes mea in sinu meo.) Heb. (Consumati sunt renes mei in sinu meo) Et notādū q in sacra scriptura frequenter renes accipiuntur p cogitationib⁹ seu desiderijs. de quo Burgen in additionib⁹ sic ait. Vbi in translatione nostra dicit reposita est hec spes mea: in hebreo ponitur aliqz dictiones habētes multa significata que vno modo prout ad ppositū spectat significant cōsumata sūt seu cōpleta sunt desideria mea in sinu meo: et erit eadē sentētia euz nra translatione. Hec Burgen. 20.

Addi. Respondens autē sophar. a. (Et mēs i diuersa rapitur.) Heb. (Et taciturnitas mea in diuersa rapitur) Sophar enim audiendo Job tacuerat: r de pluribus argueret eum cogitauerat. Hec Rico⁹. C Itē. a. (Hoc scio a principio.) Heb. (Si hoc scio a principio.) C Itē. d. (Adēt r veniet sup eū horribiles.) vñ li et veniet nō est i hebreo. C Itē. d. (Detrahet in die furoris dei.) Heb. (Detrahet i die furoris ei⁹.) C Itē

Addi. Respondens autē iob. a. C Et supponite digitū ori vfo.) Heb. (Et supponite manus ori vfo.) C Itē. c. (Quoties lucerna implozū extinguetur et supuciet eis inundatio: et dolores diuiderit furoris sui) In hebreo sunt hic quedā dictiones equiuoce q vno modo possunt significare sicut est in lra nra: alio vero modo sic (Quādo lucerna implozū extinguetur et superuenerit eis interit: dolores leniet i furore suo.) quasi dicit nō. C Itē. d. (Interrogate quē libet de viatozibus et hec eadē illuz interrogare cognoscetis.) Heb. (Interrogate viatores r signa eoz non ignoret.) Burgen tractat de hoc late in additiōibus vide ibi. C Itē. d. (Quis arguet corā eo vias eius.) Heb. (Quis arguet corā eo viā ei⁹) et sic est in bi. no. an. C Itē. d. (Et i congerie mortuoz vigilabit.) Heb. (Et i congerie vigilabit.) vñ li mortuozū nō est i hebreo: debet tamē subintelligi. C Itē. d. (Dulcis fuit glareis coccyti) Heb. (Dulces fuerunt ei glaree torrentis.) 22.

Addi. Respondens autē eliphaz. a. C Quid pdest deo si iust⁹ fuerit: aut quid cōfers ei si immaculata fuerit vita tua.) Heb. (Quid prodest omnipotēti si iustus fuerit: aut quid cōfers ei si immaculata fuerit via tua.) C Itē. d. (Saluabit aurē in mūditiā manuū suaz) Heb. (Saluabit autē i mūditiā manuū tuaz) 23

Addi. Respondens autē iob. a. C Et manus plage mee aggrauata est.) Heb. (Et manus mea aggrauata est.) In trāslatiōe vero chaldaica est Et plaga mea aggrauata est. C Itē. c. (Probabit me quasi aurū qd p ignē tranfit) Heb. (Probabit me r egrediar quasi aurū.) i. qd per

ignē trāst. C Itē. d. (Liqz expleuerit in me volūtatē suā.) Heb. (Liqz expleuerit iudiciū meuz: siue legem meam.) 24.

Addi. Ab omnipotēte. a. C Diripuerunt greges r parauerūt eos) Heb. (Diripuerūt greges et parauerunt eos.) et sic est in bi. no. correctio. C Itē. b. (Et vineā eius quē vī opprēsserūt vindemiānt.) Heb. (Et vineā iniqui vindemiānt) quasi dicat bonos r malos indifferenter opprēsserūt. Hec Rico⁹. C Sed notādū q p eo qd Rico⁹ trāsfert iniqui in hebreo habet Rāsa: q dictio equiuoca ē et vno mō significat iniquū vī pctōrē sicut Rico⁹ dicit. Alio vō modo significat cōdēpnatiōē. vt ps. 108. ibi. Qū iudicat exeat cōdēpnat⁹: et i alijs locis. r tñc est sensus. Et vineā eius quē cōdēpnāt vindemiāt. qd ē idē cū lra nra. C Itē. b. (Et vulguz pauperē spoliauerūt) Heb. (Et pauperē spoliauerūt.) vñ li vulgū nō est i hebreo. C Itē. c. (Hec ambulet p viā vinearū.) i. eius vinee sic fiant steriles r destructe qd abhorreat ipsas videre. Heb. (Hec ambulet per viā dñioz.) i. deiciat ab omni domino r honore: dictio. n. hebraica que ponit hic equiuoca est ad vineas et dominos. Hec Rico⁹. C Sed notādū q pro eo qd in littera nra est vīnearū: in hebreo habet Cheramim: q dictio solūmodo significat vineas i tota sacra scriptura. vt Iosue. 24. c. ibi. Vineas r oliuetas que nō plantastis. et Jud. 9. d. ibi. Custatēs vineas. et in alijs locis. C Itē. d. (Et ponere ante deū verba mea.) Heb. (Et ponere ad nūllū verbum meū) vnde premititur. Quis poterit arguere me esse mentitū. Hec Rico⁹. C Burgen vero in additionibus sic ait. Vbi dicitur in translatione nostra et ponere ante deū verba mea: in hebreo habetur et ponere ad m-

Addi. Respondens autē iob. a. C Et supponite digitū ori vfo.) Heb. (Et supponite manus ori vfo.) C Itē. c. (Quoties lucerna implozū extinguetur et supuciet eis inundatio: et dolores diuiderit furoris sui) In hebreo sunt hic quedā dictiones equiuoce q vno modo possunt significare sicut est in lra nra: alio vero modo sic (Quādo lucerna implozū extinguetur et superuenerit eis interit: dolores leniet i furore suo.) quasi dicit nō. C Itē. d. (Interrogate quē libet de viatozibus et hec eadē illuz interrogare cognoscetis.) Heb. (Interrogate viatores r signa eoz non ignoret.) Burgen tractat de hoc late in additiōibus vide ibi. C Itē. d. (Quis arguet corā eo vias eius.) Heb. (Quis arguet corā eo viā ei⁹) et sic est in bi. no. an. C Itē. d. (Et i congerie mortuoz vigilabit.) Heb. (Et i congerie vigilabit.) vñ li mortuozū nō est i hebreo: debet tamē subintelligi. C Itē. d. (Dulcis fuit glareis coccyti) Heb. (Dulces fuerunt ei glaree torrentis.) 22.

Addi. Respondens autē eliphaz. a. C Quid pdest deo si iust⁹ fuerit: aut quid cōfers ei si immaculata fuerit vita tua.) Heb. (Quid prodest omnipotēti si iustus fuerit: aut quid cōfers ei si immaculata fuerit via tua.) C Itē. d. (Saluabit aurē in mūditiā manuū suaz) Heb. (Saluabit autē i mūditiā manuū tuaz) 23

Addi. Respondens autē iob. a. C Et manus plage mee aggrauata est.) Heb. (Et manus mea aggrauata est.) In trāslatiōe vero chaldaica est Et plaga mea aggrauata est. C Itē. c. (Probabit me quasi aurū qd p ignē tranfit) Heb. (Probabit me r egrediar quasi aurū.) i. qd per

Addi. Respondens autē iob. a. C Et manus plage mee aggrauata est.) Heb. (Et manus mea aggrauata est.) In trāslatiōe vero chaldaica est Et plaga mea aggrauata est. C Itē. c. (Probabit me quasi aurū qd p ignē tranfit) Heb. (Probabit me r egrediar quasi aurū.) i. qd per

Addi. Respondens autē iob. a. C Et supponite digitū ori vfo.) Heb. (Et supponite manus ori vfo.) C Itē. c. (Quoties lucerna implozū extinguetur et supuciet eis inundatio: et dolores diuiderit furoris sui) In hebreo sunt hic quedā dictiones equiuoce q vno modo possunt significare sicut est in lra nra: alio vero modo sic (Quādo lucerna implozū extinguetur et superuenerit eis interit: dolores leniet i furore suo.) quasi dicit nō. C Itē. d. (Interrogate quē libet de viatozibus et hec eadē illuz interrogare cognoscetis.) Heb. (Interrogate viatores r signa eoz non ignoret.) Burgen tractat de hoc late in additiōibus vide ibi. C Itē. d. (Quis arguet corā eo vias eius.) Heb. (Quis arguet corā eo viā ei⁹) et sic est in bi. no. an. C Itē. d. (Et i congerie mortuoz vigilabit.) Heb. (Et i congerie vigilabit.) vñ li mortuozū nō est i hebreo: debet tamē subintelligi. C Itē. d. (Dulcis fuit glareis coccyti) Heb. (Dulces fuerunt ei glaree torrentis.) 22.

Addi. Respondens autē eliphaz. a. C Quid pdest deo si iust⁹ fuerit: aut quid cōfers ei si immaculata fuerit vita tua.) Heb. (Quid prodest omnipotēti si iustus fuerit: aut quid cōfers ei si immaculata fuerit via tua.) C Itē. d. (Saluabit aurē in mūditiā manuū suaz) Heb. (Saluabit autē i mūditiā manuū tuaz) 23

Addi. Respondens autē iob. a. C Et manus plage mee aggrauata est.) Heb. (Et manus mea aggrauata est.) In trāslatiōe vero chaldaica est Et plaga mea aggrauata est. C Itē. c. (Probabit me quasi aurū qd p ignē tranfit) Heb. (Probabit me r egrediar quasi aurū.) i. qd per

Addi. Respondens autē iob. a. C Et manus plage mee aggrauata est.) Heb. (Et manus mea aggrauata est.) In trāslatiōe vero chaldaica est Et plaga mea aggrauata est. C Itē. c. (Probabit me quasi aurū qd p ignē tranfit) Heb. (Probabit me r egrediar quasi aurū.) i. qd per

Addi. Respondens autē iob. a. C Et manus plage mee aggrauata est.) Heb. (Et manus mea aggrauata est.) In trāslatiōe vero chaldaica est Et plaga mea aggrauata est. C Itē. c. (Probabit me quasi aurū qd p ignē tranfit) Heb. (Probabit me r egrediar quasi aurū.) i. qd per

Addi. Respondens autē iob. a. C Et manus plage mee aggrauata est.) Heb. (Et manus mea aggrauata est.) In trāslatiōe vero chaldaica est Et plaga mea aggrauata est. C Itē. c. (Probabit me quasi aurū qd p ignē tranfit) Heb. (Probabit me r egrediar quasi aurū.) i. qd per

Addi. Respondens autē iob. a. C Et manus plage mee aggrauata est.) Heb. (Et manus mea aggrauata est.) In trāslatiōe vero chaldaica est Et plaga mea aggrauata est. C Itē. c. (Probabit me quasi aurū qd p ignē tranfit) Heb. (Probabit me r egrediar quasi aurū.) i. qd per



est desiderium meum: in hebreo habetur thau: cui dictioni si addatur littera aleph: ut legatur thaui: tunc significaret desiderium meum. Et dicunt hebrei quod causa meriti deficit illa littera. et etiam sine illa littera non potest significare lineam sicut nicolaus dicit: sed significat signum vel scripturam. vt Ezecch. 9. b. ibi. Signa thau super frontes viroorum gentium. Et pro eo quod in littera nostra est audiat in hebreo est yaane: ni: que dicitio equiuoca est ad audire et testificari. et sic erit sensus vel sicut in littera nostra vel sic. Quis mihi tribuat auditorem vt scripturam meam omnipotens testificetur. **C**In fine huius capituli habetur in hebreo: (Sinita snt vba Job) et sic est in biblijs nostris antiquis. 33.

Ad igitur Job. a. **C**Veruntamen miraculum meum non te terreat. **H**eb. (Veruntamen timor meus siue terror meus non te terreat) Nam pro eo quod in littera nra est miraculum meum: in hebreo habetur emathi: que dicitio terrores proprie significat vt Exo. 23. d. ibi. Terrorem meum mittam in precursum tuum. et in alijs locis. **C**Itē. c. (Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de similibus.) **H**eb. (Si fuerit angelus pro eo loquens vnus de milibus) .i. angelorum. Daniel. 7. Milia milium ministrabant ei. **H**ec **H**ico.

Ad Et notandum quod in biblijs nostris correctis est sicut nicolaus dicit. .i. vnus de milibus. **C**Itē. d. (Consumpta est caro eius a supplicijs.) **H**eb. (Impugnatus est carne sicut puer.) vnde subditur. Reuertat ad dies adolescentie sue. **H**ec **H**ico.

Ad Sed notandum quod dictiones hebraice hic posite possunt interpretari sicut in littera nostra et magis proprie. 34.

Ad Ronuncians itaque. a. **C**Etiam si cucurrerit cū eo) Pro eo quod

in littera nostra est cucurrerit: in hebreo habetur birsotho: que dicitio equiuoca est et potest etiam significare voluntatem habere. et scdm hoc est sensus. Etiam si habeat voluntatem cū deo. **C**Itē. b. (Qui dicit regi apostata) Pro apostata in hebreo est lial: que dicitio interpretat absque iugo: vel peruersus: aut non ascēdēs. **C**Itē. d. (Si iniquitatem locutus sum.) **H**eb. (Si iniquitatem operatus sum.) Nam pro eo quod in littera nostra est locutus sum: in hebreo habetur baalhti: que dicitio operatus sum proprie significat. vt ps. 6. ibi. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. et in alijs locis. **C**Itē. d. (Probetur iob vsq; in finem: ne desinas ab homine iniquitatis.) In hebreo propter equiuocationem dictionum que hic ponitur: potest esse sensus vel sicut habetur in littera nostra: aut sic. Probetur iob vsq; ad finem super responsiones vel auersiones in homine iniquitatis. In biblijs autem nostris antiquis sic habetur. Probetur iob vsq; ad finem: ne desinas in homine iniquitates. 35.

Ibitur Heli. c. **C**Et non dixit vbi est deus qui fecit me) **H**eb. (Et non dixit vbi est deus factor meus.) Et notandum quod pro deo in hebreo est Eloha que quidez dicitio est vnum de nominibus dei et est singularis numeri: cuius plurale est elohim: et adiectiuatur cum li factores quod est. p. n. quod est notandum. 36.

Adens quoque Heli. b. **C**Simulatores et callidi prouocant iram dei.) **H**eb. (Simulatores et callidi prouocant iram.) vñ li dei nō ē i hebo. **C**Itē. d. (In manibus suis abscondit lucem.) .i. solis de nocte. (et precepit ei vt rursus adueniat.) .i. mane. **H**eb. (In manibus suis abscondit lucem et precepit ei.) .i. in mane

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

reuertit (in deprecatione) .i. vt deus adoretur secundum illud Sapientie. 16. Oportet solem preuenire ad benedictionem et ad ortum lucis te adorare. **H**ec **H**ico. **C**Sed notandum quod pro eo quod nicolaus dicit deprecatione: in hebreo est Mapguia: que dicitio equiuoca est et vno modo significat vt rursus adueniat vel occurrat sicut in littera nostra. Alio vero modo significat in deprecatione sicut nicolaus dicit. Et etiam li suis non est in hebreo nec in biblijs nris correctis sed solū In manibus abscondit lucem. 37.

Ad Super hoc. a. **C**Audiet auditionem in terrore vocis eius.) **H**eb. (Audite auditionem in terrore vocis eius.) et sic est in biblijs nostris antiquis. **C**Itē. b. (Fruentum desiderat nubes.) **H**eb. (Angelus pluuie laborabit in nube.) Lora enim creatura corporalis ministratur per angelos secundum Augustinum: et ideo nubes pluuiosa administratur per angelum: et hoc dicitur hic labor eius: tamen sine lassitudine quacūq;. **H**ec **H**ico. **C**Sed notandum quod pro eo quod in littera nostra est frumentum: in hebreo habetur veri: que dicitio frumentum significat et non angelus. vt Scn. 41. d. ibi. Et omne frumentum sub pharaonis potestate condatur. et in alijs locis. Sed nicolaus sequitur est hic quandā chaldaicā fabulosam translationē. **C**Itē. d. (Ab aquilone aurum venit: et a deo formidolosa aurum venit: digne cum inuenire non possumus.) In hebreo potest etiam esse talis scilicet. (Ab aquilone aurum venit ad deum stupende siue formidolose laudationis: omnipotentem inuenire eum non possumus.) et est hic in hebreo pro omnipotente dicitio sady quod est vnum de nominibus dei et frequenter a beato Hierony-

mo interpretatur omnipotens. vt dicitur est supra caplo. 5. 38.

Ad Respondens autem dominus. **R**a. **C**Quis est iste inuolvens sententias sermonibus imperitis.) **H**eb. (Quis est iste obscurans consilium sermonibus imperitis.) **C**Itē. b. (Et tenuisti concutiens extrema terre.) **H**eb. (Et tenuisti extrema terre.) vnde li concutiens non est in hebreo. 39.

Ad Anquid nosti. d. **C**Anquid qui contendit cum deo etc.) **H**eb. (Anquid qui contendit cum omnipotente etc.) Et est hic pro omnipotente dicitio Sady vt dictū est supra ca. 37. 40.

Ad Respondens autē. c. **C**In oculis eius quasi hamo capiet eum.) **H**eb. (In oculis eius capiet eum.) vnde li quasi hamo non est in hebreo. **C**Itē. d. (Memento belli nec ultra addas loqui.) **H**eb. (Memento belli nec ultra addas.) vnde li loqui non est in hebreo. 41.

Ad In quasi crudelis. a. **C**Et in medium oris eius.) **H**eb. (Et in medium frentis eius.) Nam pro eo quod in littera nostra est oris: in hebreo habetur Recen: que dicitio frenū proprie significat. vt Es. 30. g. ibi. Et frenum erroris quod erat in maxillis populo: et in alijs locis. **C**Itē. c. (Mittet contra eum fulmina et ad locum altū non ferent.) **H**eb. (Striget super eum et non mouebitur.) ideo subditur. Cor eius indurabitur sicut lapis etc. **H**ec **H**ico. **C**Itē. c. (Cum sublati fuerint timebunt angeli.) **H**eb. (Cum sublati fuerint timebunt dii.) de quo Burgesi in additionibus sic ait. Abi translato nostra habet Cui sublati fuerint timebunt angelum: hebreo habet ex sublatione sua timebitur dii: quod intelligitur de viris iustis de quibus i ps. 81. Ego dixi dii estis. 42.



Respondens autem Job. **C**Et dederunt ei vnusquisq; ouem vnā. **H**eb. **(**Obolum vnum.) **S**upple aureus; ex hoc quod subditur (et in aurem auream vnā.) **H**ec **H**ico. **C**Sed notandum q; pro eo quod in littera nostra est ouem: i; hebreo habetur quesita: que dicitio solum inuenit hic & supra **Heb.** 33. d. **I**bi. **E**mitq; partem agri 100 centum agnis: vbi pro agnis in hebreo est eadez dicitio que hic ponitur pro oue. **E**t in translatione chaldaica est sicut in littera nostra. **C** **I**re. d. **(**Et fuerunt ei septem filij.) **H**eb. **(**Et fuerunt ei septe

ne filiorum.) **S.** due. vnde dicitur in textu q; dñs reddidit ipsi Job omnia duplicia. **H**ec **H**ico. **C** **S**ed notandum q; pro eo quod in littera nostra est septem: in hebreo habetur sybana: que dicitio ab hebreis septem interpretatur sicut est i; littera nostra. **E**t quod dicit in textu quod dominus reddidit ipsi Job omnia duplicia: intelligitur de alijs rebus et non de filijs sicut nec de filiabus. **S**ed i; translatione chaldaica est sicut nicolaus dicit.

C **E**xPLICIT LIBER JOB.

Addi.

Incipit prologus Nicolai de lyra circa differentias libri psalmodum iuxta translationem septuaginta interpretum cum quibusdam alijs additionibus siue annotationibus.



Sciendū q; translatio nostra in libro psalmodum in multis et multipliciter dissonat ab hebraico: et frequenter de vno versu facit duos et e conuerso de duobus vnū: et aliquando incipit versus in medio versus sequentis: ex quibus aliquando sententia variat. **E**t propter prolixitatem vitandā plura omisi scribere. **E**t ideo qui voluerit habere perfectius: recurrat ad psalteriū Hieronymi quod dicitur hebraicū eo quod trāslulit illud immediate de hebreo in latinū ad petitionē cuiusdā sapientis nomine Sophronij: eo quod cū frequenter disputaret cū hebreis vel iudeis: et cū allegaret auctoritates libri psalmodij scdm translationē nram: negabāt eas eo quod frequenter est aliter i; hebreo. **H**ec **H**ico. **C** **S**ed est notandū q; **H**ico de lyra in differentijs sequentibus ponit annotationes tantū in locis deulātibz a psalterio hebreorū: cū potius essent annotanda loca in quibus hec trāslatio qua fere vtunt oēs ecclie latinorū deuiat a psalterio grecorū: siue a trāslatione septuaginta interpretū vnde originē sumpsit. **H**ā beat⁹ Hieronym⁹ in hac trāslatiōe sequit⁹ fuit ad litterā septuaginta interpretes et non hebreos. **I**dcirco post differentias ipsius Nicolai in quolibet psalmo ponentur differentie in illis locis in quibus trāslatio nra latina nō cōcordat siue deuiare videt⁹ ab ipsis originalibus grecorū. **E**t qm volentes habere pleniorē notitiā omnium differentiarū vtriusq; trāslatiōis: **H**icolaus i; supradicto suo prologo remittit eos ad psalteriū beati Hieronymi quod trāslulit immediate de hebreo in latinū: ideo primo ponit textus nre cōmunitis trāslatiōis: et e regione ponit psalteriū ipsius bti Hieronymi quod dicit iuxta hebraicā veritatē cū quibusdā annotationibus vbiq; reperitur alique differentie q; magis pprie dicēde sunt equiuocatiōes quedā: ppter multiplicitatē sensū siue significatiōis q; in aliquibus hebraicis dictionibus latet siue includunt⁹. **C** **E**xPLICIT PROLOGUS NICOLAI DE LYRA.

Additio.

Incipit prologus beati Hieronymi presbyteri in psalterium. **Lxx.**



Dialteris rome dudū positus emēdarā: et iuxta septuaginta interpretes (licet cursim) magna tamē ex parte correperā. **Q**uā quia rursus videtis o paula et eustochij scriptorū vitio deprauatū: plusq; antiquū errorē q; nouā emēdationē valere: me cogitis vt veluti quodā nouali seissimū iā aruū exerceā: et obliq; sulcis renascentes spinas erradicē: equū esse dicētes: vt quod crebro male pullulat crebris succidat. **U**nde cōsueta prefatione cōmoneo tam vos quibus forte labor iste defudat: q; eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint: vt q; diligēter emēdant: cū cura et diligentia trāscribātur. **N**olet sibi vnusquisq; vel iacentē lineā: vel radiā: signa id est obelos vel asteriscos: et vbiq; viderit virgulā pcedētē: ab ea vsq; ad duo pfecta que impressimus: fctat in septuaginta trāslatoribus plus haberi: vbi autē perspexerit stelle similitudinē: de hebreis voluminibus additum nouerit eque vsq; ad duo puncta iuxta theodotionis diuinitatē editionem: qui simplicitate sermonis a septuaginta interpretibus

l. i.

tibus non discordat. Nec ergo et vobis et studioso cuius fecisse me sciens: non ambigo multos fore qui vel invidia vel supercilio malint continere videri preclara que discere: et de turbulento magis riuo quam de purissimo fonte potare.

Explicit prologus beati Hieronymi.

Incipit prologus beati Hieronymi presbyteri in psalterium quod translulit in latinum iuxta hebraicam veritatem.



Assebius hieronymus Sophronio suo salutes dicit. Scio quosdam putare psalterium in quinque libros esse diuisum: ut vbi quisque apud Lxx. interpretis scriptum est. ΥΕ ΠΟΙΤΟ ΥΕ ΠΟΙΤΟ. id est fiat fiat: finis librorum sit: pro quo in hebreo legitur amen. amen. Hos assebius hebreorum auctoritate sequuntur: et maxime apostolorum qui semper in nouo testamento psalmodium librum nominant: vniuersum volumen asserimus. Psalmos quoque omnes eorum testamur auctorem qui ponitur in titulis dauid scilicet et asaph: id est filiorum chore: hemana eysaie: moysi: et salomonis: et reliquorum quos esdras vno volumine comprehendit. Si enim amen. i. fideliter pro quo Aquila translulit ΑΠΟΚΡΟΤΟΜ Ε ΠΩΣ: in fine tantum librorum ponitur: et non interdum aut in exordio aut in calce sermonis sive sententiae: nunquam saluator in euangelio loqueretur: amen amen dico vobis: nec pauli epistole in medio illud opere continerent. Moyses quoque et hieremias et ceteri in hunc modum multos haberent libros: qui in medio voluminibus suis amen frequenter inserunt. Sed et numerus. xxij. hebraicorum librorum et mysterium eiusdem numeri commutabitur. Nam et titulus ipse hebraicus Sefer tchilim quod interpretatur volumen hymnorum apostolice auctoritati congruens: non plures libros sed vniuersum volumen ostendit. Quia igitur cum hebreo nuper disputans: quaedam pro domino saluatore de psalmis testimonia protulisti: volensque ille te illudere per sermones pene singulos assererat non ita haberi in hebreo ut tu de Lxx. interpretibus opponebas: studiosissime postulaui ut post aquilam symmachum et theodotionem nouam editionem latino sermone transfere. Ricabas enim te magis interpretum varietate turbari: et amore quo laboras: vel translatione vel iudicio meo esse contentum: vniuersum ipulsum a te: cui et quod possum debeo: et quod non possum: rursus me obrectatorum latratibus tradidi: maluitque te vires potius meas quam volitatem in amicitia querere. Lerte confidenter dicam et multos huius operis testes citabo: me nihil distaxat scientem de hebraica veritate mutasse. Sicubi ergo editio mea a veteribus discrepauerit: interroga quemlibet hebraicorum: et liquido peruidebis me ab emulis frustra lacerari: quod maluit pretere videri preclara que discere puerissimi homines. Nam cum semper nouas expectat voluptates: et gule eorum victima maria non sufficiat: cur in solo studio scripturarum veteri sapore contenti sunt? Nec hoc dico quo precessores meos mordea: aut quicquid de his arbitror destrahendum quorum translationem diligentissime emendatam olim lingue mee hominibus dederim: sed quod aliud sit in ecclesiis christo creditum psalmos legere: alio iudicio calumniatibus per singula verba ruderere. Quod opusculum meum si in grecis ut polliceris transluleris: et impitte meo doctissimos quosque testes facere volueris: dicam tibi illud horatianum in siluam ligna feras: nisi quod hoc habebis solamen: si in labore communi intelligam mihi vel laudem vel vituperationem tecum esse commune. Valere te cupio in domino iesu: et meminisse mei.

Explicit prologus beati Hieronymi.

Incipit liber psalmodum. i. Incipit liber psalmodum. i.

Trasla. Lxx.



Batus vir qui non abiit in consilio iniquorum: et in via peccatorum non stetit: et in cathedra pestilentie non sedit. Sed in lege

a.

b.

domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet: et omnia quecumque faciet prosperabuntur. Non sic impius: non sic sed tanquam puluis quem proicit ventus a facie terre. Ideo non resurgit impius in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum. Quomodo nouit dominus viam iustorum: et iter impiorum peribit.

De hebrico. i. trasla. lxx.

De grece translatio.

Annotatio in trasla. Hiero.

Trasla. Lxx.

Batus vir. In cathedra pestilentie non sedit. Heb. In sede veritatis non sedit. Dicitur autem derisores doctores falsam doctrinam aut curiosam et inuile habentes. In eo. Et folium eius non defluet. Heb. Et folium eius non marcescet. quod est minus quam defluere. Nec Hiero. a. Et in cathedra pestilentie non sedit. In greco. Et in cathedra pestilentiarum non sedit. Sed nostra translatio posuit singulare pro plurali: quod hoc nomen pestilentia caret. p. n. καὶ ἐστὶ καθεδρὰ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἐκείσε. b. Ideo non resurgit impius in iudicio. In. b. Ideo non resurgit impius in iudicio. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. et sic est etiam in hebreo. s. de futuro. Incipiunt quedam annotationes in translationem psalterii iuxta hebraicam veritatem.

Batus vir. a. Meditabitur die ac nocte. Pro eo quod hic habetur meditabitur: in hebreo est yehague: que dictio equiuoca est: et vno modo significat meditabitur sive loquetur: sicut hic et ps. 19. ibi. Meditatio cordis mei in conspectu tuo. et ps. 37. ibi. Os iusti meditabitur sapientiam. i. loquetur sapientiam. Alio vero modo significat clamorem vel rugitum aut gemitum. De primo ps. 113. ibi. Non clamabunt in gutture suo. De. 2. Esa. 31. b. ibi. Quomodo si rugiat leo etc. De. 3. Esa. 59. ibi. Et quasi columbe meditantem gememus. Et sic poterit esse talis littera. Et in lege eius clamabit sive rugiet aut gemit die ac nocte.

faccum: et factus sum eis in parabola. Contra me loquebantur qui sedebant in porta: et cātabant bibentes vinum. Mea autē oratio ad te dñe: tēpus reconciliationis est: deus in multitudine misericordie tue exaudi me in veritate salutis tue. Erue me de luto et non infigar: libera me ab his qui oderūt me et de pfundis aquarū. Ne operiat me fluctus aque et ne absorbeat me pfundum: et ne coronet super me puteus os suum. Exaudi me dñe quoniam bona est misericordia tua: scdm multitudinē miserationū tuarū respice ad me. Et ne abscondas faciē tuam a seruo tuo: quoniam tribulo: cito exaudi me. Accede ad aīam meam respicite eam: propter inimicos meos libera me. Tu scis opprobrium meū et cōfussionem meā et hocerundiam meā: corāz te sunt oēs vestes mei. Opprobrio cōtritus est cor meū et desperatus sum: et expectaui quod contristaret et non fuit et qui cōsolatur et non inueni. Et dederūt in escā meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Sit mēsa corū corā eis in laqum: et in retributiōes ad corruendum. Tenebunt oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semp incurua. Effunde super eos indignationē tuā: et ira furoris tui cōprehēdat eos. Fiat cōmoratio eorum deserta: in tabernaculis eorum non sit qui habitet. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt: et vt affigerēt vulneratos tuos os narrabāt. Da iniquitatē super iniquitatē eorum: et non veniāt in iustitiam tuā. Deleant de libro viuētis: et cū iustis non scribant. Ego sum pauper et dolēs: salus tua deus suscipiat me. Laudabo nomē dei in cātico: et magnificabo eum in cōfessione. Et placebit dño super vitulū nouellūz cornua efferēt et vngulas. Videat pauperes et letent: quoniam deus viuet anima vstra. Quoniam exaudiuit pauperes dñs: et victos suos

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

in eis. Quia deus saluam faciet syon: et edificabunt civitates iude. Et inhabitabit ibi: et hereditate acquirat eam. Et semen suorum eius possidebit eam: et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Dñe Rico. i trāsa. lxx.

Saluū me fac. Et operui i ieiunio aiām meā. Heb. (Et fleui i ieiunio aiām meā.) In eo. (Nec urgeat sup me puteus os suū.) Heb. (Et nō obturet sup me puteus os suū.) In eo. (Improprietis expe trauit cor meū.) Heb. (Confusio cōfregit cor meum.) Dec Rico.

Dñe grece translatio. Annotatio: nes i trāsa. Hiero.

Et qui cōsolaretur nō inueni. In. B. (Et qui cōsolaretur nō inueni.) Kai βαρκακα λουπραε και ουχευρομ. Et sic est etiā in hebreo. **S**aluū me deo. a. Quia venerūt aque vsq ad aiām meā. Heb. 69. Quia venerūt aque vsq ad aiām vñ li meam non est in hebreo. b. **A**uget aia vñ. Heb. (Et viuet cor vestrum) et est idem sensus. **I**n finem ps dauid in rememoratione q saluū fecit eū dñs. 69. **V**ictori dauid ad recordandam.

Trāsa. lxx.

Deus in adiutorio meo. Dñe dñe ad adiutandū me festina. Confundant et reuertant qui q̄runt aiām meā. Auertant retrosum et erubescant: q̄ volunt mihi mala. Auertant statim erubescētes: q̄ dicit mihi euge ruge. Exultēt et letent in te oēs qui q̄rūt te: et dicāt semp magnificet dñs q̄ diligit salutare tuū. Ego vero egenus et paup sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: dñe ne moreris.

Deus vt liberes me: dñe vt auiliaris mihi festina. Confundantur et erubescant q̄rētes aiām meā: cōuertant retrosum et erubescant q̄ volūt mihi malū. Reuertant ad vestigiū confusōis sue: qui dicit mihi vah vah. Gaudeāt et letent i te oēs q̄rētes te: et dicāt semp magnificet dñs q̄ diligit salutare tuū. Ego aut egenus et paup: deus festina p me auxilium meum et saluator: meo tu: domine ne moreris.

Trāsa. Hiero.

Annotatio: nes i trāsa. Hiero.

Deus vt liberes me. a. Reuertant ad vestigiū confusōis sue. In eo qd̄ hic hēt vestigiū: in hebreo ē E cheb: q̄ dictio vno mō significat vestigiū sicut hic hēt. Alio vero mō significat retributionē. vt ps i8. ibi. In custodiendis illis retributio multa. et tunc erit lfa. Reuertantur ad retributionem confusōis sue.

Trāsa. lxx.

In te dñe speraui nō confundar i eternū: i iustitia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurē tuā et salua me. Esto mihi in deū p̄tectoꝝ et in locū munitis: vt saluūz me facias. Quia firmamētū meū et refugū meū es tu. Deo meo eripe me de manu peccatoris: et de manu p̄tra legē agētis et iniqui. Quia tu es patētia mea dñe: dñe spes mea a iuuetu te mea. In te cōfirmat⁹ suz ex vtero: de v̄tre matris mee tu es p̄o-

In te dñe speraui non confundar in eternum. In iustitia tua erue me et libera me: inclina ad me aurē tuā et salua me. Esto mihi robustum habitaculum vt ingrediar lugiter: p̄cepisti vt saluares me: quia petra mea et fortitudo mea es tu. Deus meus salua me de manu impij: de manu iniqui et nocentis. Quoniam tu es expectatio mea: domine deus fiducia mea ab adolescentia mea. A te sustentatus suz ex vtero: de ventre matris mee tu

Trāsa. Hiero.

rector meo. In te cantatio mea semper: tanq̄ pdigū fact⁹ suz multis et tu adiutor fortis. Repleat os meū laude vt cātē gloriā tuam: tota die magnitudinē tuā. Ne proicias me in tēpore fenectutis: cum defecerit virt⁹ mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui custodiebāt animā meā consiliū fecerunt in vñs. Dicētes deo dereliquit eum persequimini et comprehendite eum: quia nō est qui eripiat. Deo ne elongeris a me: deus meus in auxiliū meū respice. Confundatur et deficiant detrahentes aie mee: operiantur cōfusione et pudore qui querunt mala mihi. Ego autē semp sperabo: et adiciā super omnē laudem tuā. Os meū annuntiabit iustitiā tuā: tota die salutare tuū. Quia nō cognoui litteraturā introibo in portās dñi: dñe memorabor iustitie tue solius. Deus docuisti me a iuuetute mea: et vsq nūc p̄nunciabo mirabilia tua. Et vsq in senectā et senili: deus ne derelinquas me. Donec annuncie brachij tuū generationi omī que v̄tura est. In portā tuā et iustitiā tuā deus vsq in altissima que fecisti magnalia: deo quis similis sit tibi. Quantas ostendisti mihi tribulatiōes multas et malas cōuersus viuificasti me: et de abyssis terre iterū reduxisti me. Multiplicasti magnificentiā tuā: et cōuersus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuā deus: psallam tibi in cythara sanctus israel. Exultabūt labia mea cū cantauero tibi: et anima mea quā redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cū confusi et reueriti fuerint qui querunt mala mihi.

Dñe Rico. i trāsa. lxx.

In te dñe speraui. De v̄tre matris mee tu es p̄ctor: meo. Heb. (De ventre matris mee tu es extracto: in meū.) In eo. (Et tu adiutor: fortis.) Heb. (Et tu expectatio mea fortis.) In eo. (Quia nō cognoui i futurā.) Heb. (Quia nō cognoui narrandēs.) Dec Rico.

es protector meus: in te laus mea semp. Quasi potentū factus sum multis: et tu spes mea fortissima. Impleat os meum laude tua: tota die magnitudinē tua. Ne proicias me i tēpore fenectutis: cū defecerit fortitudo mea ne derelinquas me. Quia dixerūt inimici mei mihi: et q̄ obseruabāt animā meā cōsiliū inierūt pariter. Dicētes deo dereliquit eū: persequimini et cōprehēdite eū: quia nō est qui eruat. Deus ne elongeris a me: deo in auxiliū mihi festina. Confundatur et cōsumatur aduer sarij anime mee: operiant op probio et cōfusione q̄ querūt malū mihi. Ego autē lugiter expectabor: et adiciā sup omēs laudationes tuas. Os meū narrabit iustitiā tuā: tota die salutare tuū: qm̄ nō cognoui litteraturā. Ingediar in fortitudine dñi dei: recordabor iustitie tue solius. Deo docuisti me ab adolescentia mea: et vsq nūc annūciabo mirabilia tua. Insuper et vsq in senectutem et canos deus ne derelinquas me: donec annuncie brachij tuū generationi: cunctisq̄ qui v̄turi sunt fortitudines tuas. Et iustitiā tuā deus vsq in excelsum: quāta fecisti magnalia deus quis similis tibi. Qui ostendisti mihi tribulationes plurimas et malas: p̄uersus viuificabis nos: et de abyssis terre rursus educes nos. Multiplabis magnitudinē meā: et p̄uersus sola beris me. Ego autē cōfitebor tibi in vasis psalterij: vitare tuā deo meo: cātabor tibi i cythara sancte israel. Laudabunt labia mea cū cantauero tibi: et aia mea quā redemisti. Insuper et lingua mea tota die meditabitur iustitiā tuā: quia confusi sunt et dehonestati querētes malū mihi.

VNIuersidad DE SALAMANCA

CRÉDOS USALES

postea in ore suo complacbit. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et dñabunt eor iusti in matutino: et auxiliū eorum veteraf cet in inferno a gloria eorum. Ueruntamen deus redimet animā meam de manu inferi: cum acceperit me. Ne timueris cum diues factus fuerit homo: et euz multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cū interierit nō sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipfius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit vřq; in progenies patrum suorum: vřq; in eternū non videbit lumen. Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis.

est. Nec via insipientie eorū: et post eos iuxta os eorum current. Semper. Quasi grex in inferno positi sūt mors depascet eos: et subiciet eos recti in matutino: et figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum. Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi: cum asumpserit me. Semper. Noli timere cum ditatus fuerit vir cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Nec enim mortuus toller omnia: nec descendet post eum gloria eius. Quia anime sue in vita sua bñdicet: et laudabit te cū benefeceris tibi. Introibit vřq; ad generationem patrum suorum: vřq; ad finē nō videbit lumen. Homo cū in honore esset et non intellexit: comparatus est iumentis et silebit.

Dñe Rico. i trāssa. lxx.

Dñe grece translatio.

Annotationes i trāssa. Hiero.

Addite hec. **C** Homo cum in honore esset non intellexit) Heb 48. (Homo in honore non hospitabitur.) Ultimum. n. eius hospitium erit cum vermibus in terra. Nec Rico.

C Titulus. **C** In finem pro filiis chore ps dauid.) In. B. (In finem filijs chore ps.) vnde li pio et li dauid non est in greco: nec etiaz in hebreo. εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς χορὲ ψαλμὸς. a. **C** Vocauerunt nomina sua in terris suis.) In. B. (Vocauerunt nomina sua in terris.) vnde li sujs non est in greco: nec etiam in hebreo. ἐὼ κἀλαῖσα πτο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐὼ τῶν γαιῶν. 49.

Addite hec. a. **C** Et in multitudine diuitiarum suarum superbiunt) Nam p eo quod hic habetur superbiunt: in hebreo est Jthalalu: que dictio laudare significat. vt ps. 9. ibi. Quoniam laudatur peccator in desiderijs anime sue. et in alijs locis. b. **C** Fratrem non redimens redimet vir.) In hebreo quia nomina sunt indeclinabilia: possumus legere fratrem siue frater sicut Lxx. transtulerunt. c. **C** Nec dabit deo propiciationem pro eo: et precium redemptionis anime eorum: et c.) In hebreo potest legi sicut hic habetur. f. nec dabit deo propiciationem pro eo: et precium redemptionis anime eorū. f. non dabit deo. vñ in biblijs nris antiqs est. nec precium redēptionis anime eorū. et c. vel sic. Nec dabit deo propiciationem p eo: et preciosa redemptionis anime eorū. Ita pio eo qd hic habet pñi: in hebreo ē yachar: q̄ dictio etiā preciosa significat. vt ps. 115. ibi. Preciosa in conspectu domini mors sanctorū eius. et in alijs locis. d. **C** Vocauerunt noībus suis terras suas.) Heb. (Vocauerunt noībus suis sup terras.) vñ li suas nō est in hebreo. e. **C** Iuxta os eorū current) Heb. (In ore eorū complacbit: siue current) Dictio enim hebraica. f. yr su hic posita equiuoca est ad complacere et ad currere. de. 1. ps. 39. ibi. Complacat tibi dñe vt eruas me. et Esa. 42. a. ibi. Complacuit tibi in illo anima mea. de. 2. Ben. 18. a. ibi. Lucur

rit in occursum eorum. et in alijs locis. f. **C** Comparatus est iumentis et silebit) Heb. (Comparatus est iumentis et silebit.) siue (exequat est.) Ita p eo qd hic hēē silebit in hebreo ē Hladmu: q̄ dictio etiā significat exequare vt supra eo. ps. 101. Similatus est iumentis: et exequatus ē: vbi pio exequatus est: eadem dictio habetur in hebreo sicut hic.

Trāssa. Lxx.

C Psalmus asaph. 49. **D**eus deorū dñs locut⁹ ē: et vocavit terrā. A solis ortu vřq; ad occasum: ex syō species decoris ei⁹. De⁹ manifeste veniet: deus nř et nō silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: et i circuitu ei⁹ tēpestas valida. Auocavit celsi de sursum: et terrā discernere pplm suum. Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentus eius super sacrificia. Et annūciabūt celi iustitiā eius qm̄ deus iudex est. Būdī populus meus et loquar israel et testificabor tibi: deus deus tuus ego sum. Nō in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autē tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos. Quoniam mee sunt omnes fere sylvarum: iumenta in montibus et bones. Lognoui omnia vocalitia celi: et pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terre et plenitudo eius. Nunquid māducabo carnes taurois: aut sanguinē hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: erui te et honorificabis me. Peccatorū autem dixit deus: quare tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti sermones meos retrorsū. Si videbas surē currebas cū eo et cū adulterj portione tuā ponebas. Quis tui abdidit malicia: et lingua tua concinnauit dolos. Sedēs aduersus fratrem tuū loq̄baris et aduersus filij matris tue ponebas scandalum: hec fecisti et tacui. Existimasti

C Psalmus asaph. 50. **D**icitis de⁹ dñs locut⁹ est et vocavit terrā: ab ortu solis vřq; ad occasum ei⁹. De syō pfecto decorē de⁹ apparuit. Veniet de⁹ nř et nō tacebit: ignis corā eo vorabit: et in circuitu eius tēpestas valida. Vocabit celsi de sursum: et terrā vt iudicet pplm suū. Congregate mihi sanctos meos: q̄ ferisū pacti mei⁹ i sacrificio. Et annūciabūt celi iustitiā eius: quia deus iudex est. Semper Būdī popule meus et loquar: israel et testificabor in te: deus de⁹ tu⁹ ego sum. Non propter victimas tuas arguam te: et holocausta tua coram me sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos. Mea sunt enim omnia animalia sylvarum: pedes cudes in montibus militum. Scio omnes aues montium: et inuoluertas agri mecum est. Si esuriero nō dicam tibi: meus est enim orbis et plenitudo eius. Nunquid comedā carnem taurozum: aut sanguinem hircorum bibam? Immola deo laudem: et redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: liberabo te et glorificabis me. Impio autem dixit deus quid tibi est cum narratione preceptorum meorum: vt assumas pactum meum in ore tuo? Qui odisti disciplinam: et proiecisti verba mea post te. Si videbas furem consentiebas et: et cum adulteris erat pars tua. Quis tuum dimidisti in maliciam et lingua tua concinnauit dolos. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris: et aduersus filij matris tue fabricabas opprobria. Nec fecisti et tacui: existimasti me futurum

Trāssa. Hiero.

VNIuersidad DE SALAMANCA

CREDOS.USAL.ES

iniqua q̄ ero tui similis: arguā te et statuā contra faciē tuā. Intelligite hec qui obliuiscimini deū: nequādo rapiat et nō sit qui eripiat. Sacrificiū laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendā illi salutare dei. simile tui: arguā te et proponā te ante oculos tuos. Intelligite hoc qui obliuiscimini deū: ne forte capiat et nō sit qui liberet. Qui immolat cōfessionē glorificat me: et qui ordinat viā ostendam ei salutare dei.

Dñe Hico. i trāsla. lxx.

Annoratio nes i trāsla. Hiero.

Deus deor. Et lingua tua cinnabat dolos. Heb. (Et lingua tua accreuit dolum.) In eo. (Et aduersus filium matris tue ponebas scandalum.) Heb. (Et aduersus filium matris tue ponebas blasphemiam.) Nec Hico.

Ortis deus dñs locut⁹ est. Pro forti i hebreo habet Et: et est vñs de noib⁹ dei: pro quo brūs Hiero⁹ aliqñ trāstulit fortez. vt Hic. 16. d. ibi. Fortissime de⁹ spiritus: aliqñ trāstulit deū. vt Hic. 17. a. ibi. Ego sum de⁹ omnipotēs. et in alijs locis. Et tunc erit lfa. Deus deus dñs locutus est: siue deus deor dñs locutus est sicut Lxx. trāstulerūt. a. Et holocausta tua corā me sunt semp. Pro eo qd hic habet corā me: i hebo est Regdi: q̄ dictio equiuoca est: et vno modo significat corāz sicut hic. et Hic. 32. e. ibi. Pone hic corāz fratrib⁹ nris. Alio xō mō significat cōtra. vt Job. 10. c. ibi. Instauras testes tuos p̄tra me. et Prouer. 21. d. ibi. Hō est cōsiliū cōtra dñm. et i alijs loc. et tñc erit lfa. Et holocausta tua p̄tra me sunt semp. b. Pecudes in mōtib⁹ milib⁹. In hebreo qm noia sunt indeclinabilia: possum⁹ legere sicut hic habet: vel sic. f. Pecudes i mōtib⁹ bus milibus. et pro milibus i hebreo est Aleph: que dictio equiuoca est: et potest etiā significare boues. vt ps. 143. ibi. Boves eorum crasse. vnde Lxx. Pecudes in mōtib⁹ et boues transtulerunt. c. Et vniuersitas agri mecum est. Pro eo qd hic habetur vniuersitas: in hebreo est Litz: et dicitur aliqui hebrei q̄ significat vniuersitatē sicut brūs Hiero⁹ trāstulit Alij xō dicit q̄ est gen⁹ fere ignote: eadē. n. dictio ponit infra ps. 80. vbi dicit. Et singularis ferus depastus est eā: p̄ quo i trāslatiōe bri Hierony mi ē Et oēs bestie agri depaste sunt eam. et tñc erit lfa. Et bestia agri me cū est. d. Cōsentiebas ei. Pro eo qd hic habet cōsentiebas eui hebo ē Ahres ymo: q̄ dicitōes vno mō significāt sicut hic i lfa habet. Alio xō mō significāt currebas cū eo sicut Lxx. trāstulerunt. e. Et proponā te ante oculos tuos. Heb. (Et pponā ante oculos tuos.) vñ li te nō est in hebreo. f. He forte capiat. Pro eo qd hic habet capiat: i hebo ē Etrophz: q̄ dicitio vno mō significat cape sicut hic. et Hic. 5. d. ibi. Ego capiat vadā et tollā. Alio vero modo significat rapere. vt ps. 9. ibi. Insidiatur vt rapiat pauperē: rapere pauperē et c. g. Et qui ordinat viā. Pro eo quod hic habet q̄ ordinat: i hebo est Sam: q̄ dicitio vno mō significat ibi siue illic sicut Lxx. trāstulerūt. vt ps. 65. vbi dicit. Ibi letabimur i ip̄o. et i alijs locis. et tñc erit lfa. Et illic via et c. Potest etiā significare qui ponit viāz id est qui ordinat viam sicut beatus Hiero⁹ transtulit.

Trāsla. Lxx.

In finem psalm⁹ dauid cum venit ad eum nathan propheta quando intrauit ad bethsabee. f. S.

Miserere mei deus: secundum magnā misericordiā tuā. Et scdm multitudinē miserationū tuā: Misere mei deus: secundum magnā misericordiā tuā: et secundum multitudinē miserationū tuarum dele

dele iniquitatē meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitates meas ego cognoui: et peccatū meū cōtra me ē semp. Tibi soli peccaui et mālā corā te feci: vt iustificeris in sermonib⁹ tuis et vincas cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatib⁹ cōceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexisti: incerta et occulta sapientie tue mani festasti mihi. Aspice me dñe hyso po et mūdabor: lauabis me et sup ni uē dealabor. Auditui meo dabis gaudis et letitiam: et exultabūt ossa humiliata. Auerte faciē tuā a peccatis meis: et oēs iniquitates meas dele. Cor mundū crea in me deus: et spiritū rectū immoua in viscerib⁹ meis. Ne proicias me a facie tua: et spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Redde mihi letitiam salutaris tui: et spiritu p̄ncipali p̄firma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te cōuertētur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiā tuā. Dñe labia mea aperies: et os meū annūciabit laudē tuā. Quā si voluisses sacrificiū dedissem vtiqz: holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus: cor cōtritus et humiliatū deus nō despicias. Benigne fac dñe in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc suscipies sacrificium iustitie oblationes et holocausta: tunc imponēt super altare tuū vitulos. per altare tuum vitulos.

Dñe Hico. i trāsla. lxx.

Dñe grece translatio.

Miserere mei deus. Et vincas cū iudicaris. Heb. (Et munda me in iudicio tuo.) quod non potest impediri. In eo. (Quomaz si voluisses sacrificiū dedissem vtiqz.) Heb. (Quia nō voluisti sacrificiū et dedi.) glo. Si voluisses dedissem tibi. Nec Hico.

Et peccatū meū cōtra me est semp. In. h. li cōtra accipitur pro corā siue ante aut in cōspectu. Nec enī omnia significat dicitio greca hic positā et idē in hebreo. Kai n̄ amartia mou ē p̄tōiōi mou ē sti d̄i et xantōz. b. Et vincas cū iudicaris. In. h. (Et vincas cū iudicaris vel et vincas cū iudicaueris.) Hā potest esse verbū mediū. Inter significationem actiā et passiā. Kai p̄k̄iōn̄ ē p̄ tō k̄ripe d̄ōtōē. p. 117.



In hebreo asit est et vincas vel corrigas qñ tu iudicaueris. c. Aspices me dñe hysopo et mūdabor. In. b. (Aspices me hysopo et mūdabor) vñ li dñe nō est i greco: nec etiā i hebo. παρτιεις με υοδωσω κετi κα=

Annotatio: nes i trāsla. Hiero.

Et exultabit lingua mea iustitiā tuā. In. b. (Exultabit lingua mea iustitiā tuā.) vñ li et nō est i greco: nec etiā i hebreo. ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τῆς δικαιοσύνης σου. Hierere mei deus. a. Et vincas dñi iudicaris. Hiero. cō qd sic hic habet vincas: in hebreo est ἄχίζχη: q̄ dictio equiuoca ē: vno modo i lingua syra significat vincere. s. aliquē litigādo i iudicio. Alio vno mō significat mundare: sive purificare aut corrigere. de. 1.º. Job. 15. b. ibi. Et celi nō sunt mūdā i cōspectu ei. et Hiero. 12. b. ibi. Si recta et iustida sunt opera ei. de. 2.º. ps. 118. ibi. In quo corrigit adolescentior viā suā rē. et tūc erit sensus. Et mundes vel corrigas qñ iudicas. i. correctio tua sit mūdatio vñ medicina aie. et p eo qd hic habet iudicaris: hebo ē Sop= recha qd pōt significare actiue. i. iudicaueris. s. qñ tu deº iudicas: vñ passi ue. i. quādo tu iudicaris ab alijs. s. qñ te iudicāt. b. Et in peccato pepe rit me mater mea. Heb. (Et in peccato concepit me mater mea.) Itā p eo qd hic habet peperit mei: hebreo est yechemathni: que dictio cōcipe re significat. vt Hen. 30. d. ibi. Et in cōspectu carū cōciperent: vbi similis dictio habet p cōciperēt sicut hic ponit. Vt is vno Hieroº sup locū p al legatū in hebraicis questionibº sic ait. In eo autē loco vbi scriptū est: vt cōciperēt in virgine: in hebreo habet leyahamena: vim verbi hebraici nisi circūitu exprimere nō possum: leyahamena. n. proprie dicit extremus in coitu calor: quo corpº omne pcutit: et patrāti voluptati vicinº ē finis. Hec Hieroº. c. Absconditū et arcana sapiētie manifestasti mihi. Heb. (In abscondito et in occulto sapientia manifestasti mihi). d. Et spiritu stabi lem renoua in visceribº meis. Hiero. eo qd hic habet stabile: in hebreo est ἰσάχον: que dictio equiuoca est et vno modo significat stabilis sicut hic in littera habet. Alio vero mō significat preparatū sive rectū sicut Lxx. translulerūt. de. 1.º. 1.º. Reg. 6. b. ibi. Quasi diluculum preparatus egressus eius. de. 2.º. i. Reg. 7. b. ibi. Non recte facimus: dies enī boni nūcij est. et in alijs locis. et tunc erit talis ista. Et spiritu preparatū vel rectū renoua in visceribus meis. e. Et spiritu potenti cōfirma me. Heb. (Et spiri tu voluntario sive principali confirma me) Itā pzo eo quod hic habet po tenti: in hebreo est ἰσάδiba: que dictio voluntariū vñ spontaneū aut prin cipalē significat. de pmo Exo. 35. a. ibi. Separate apud vos primitias do mino oīs voluntarius rē. et ps. 118. ibi. Voluntaria oris mei rē. de. 2.º. ps. 46. ibi. Principes populorū cōgregati sunt. et i alijs locis. f. Lau dabit lingua mea iustitiā tuā. Hiero. eo quod hic habetur laudabit: in he breo est ἰθheranen: que dictio equiuoca est: et vno modo significat lauda re sicut hic habetur. vt Lenif. 9. d. ibi. Cum vidissent turbe laudauerunt deū. Alio vero modo significat exultationem: sicut Lxx. translulerūt. vt Hiero. 31. a. ibi. Exultate in letitia iacob. et in alijs locis. et tunc erit litte ra. Exultabit sive cantabit lingua mea iustitiam tuam.

In finem intellectus dauid cum venit ad eū doech idumeº et nūciauit saul: venit dauid in domum achimelech. Hiero. cō qd sic hic habet achimelech: in hebreo est ἰσάδiba: que dictio voluntariū vñ spontaneū aut principalē significat. de pmo Exo. 35. a. ibi. Separate apud vos primitias do mino oīs voluntarius rē. et ps. 118. ibi. Voluntaria oris mei rē. de. 2.º. ps. 46. ibi. Principes populorū cōgregati sunt. et i alijs locis. f. Lau dabit lingua mea iustitiā tuā. Hiero. eo quod hic habetur laudabit: in he breo est ἰθheranen: que dictio equiuoca est: et vno modo significat lauda re sicut hic habetur. vt Lenif. 9. d. ibi. Cum vidissent turbe laudauerunt deū. Alio vero modo significat exultationem: sicut Lxx. translulerūt. vt Hiero. 31. a. ibi. Exultate in letitia iacob. et in alijs locis. et tunc erit litte ra. Exultabit sive cantabit lingua mea iustitiam tuam.

Trāsla. Lxx.

Quid gloriaris in malicia: q̄ potēs es in iniquitate? Tota die inuictiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolus. Dilexisti maliciā super benignitatē: iniquitate magis q̄ loqui equitatem. Dilexisti omnia verba precipitatio nis: lingua dolosa. Hiero. pterea deº destruet te in finē: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicē tuā de terra viuētis. Videbunt iusti et timebunt et sup eū ridebunt et dicēt: ecce homo qui nō posuit deū adiutorē suū. Sed sperauit i multitudine diuitiarū suarū: et preualuit i vanitate sua. Ego autē sicut oliua fructifera i domo dei: speraui i misericordia dei in seculū et in eternū. Cōfitebor tibi i seculū quia fecisti: et exspectabo nomen tuū quā bonū in cōspectu sanctorum tuorum.

Offic. Hiero. i trāsla. lxx.

Quid gloriaris in malicia q̄ potēs es in iniquitate. Heb. (Quare si gloriaris in malitiā). s. in eo perseverādo. (misericordia dei tota die) .i. semper est parata suscipere penitentem. Hec Hieroº.

Offic. grece translatio.

Titulus. Cui venit ad eū doech idumeus et nūciauit saul. In. b. (Cui venit doech idumeº et nūciauit saul et dixit ei) vñ li ad eū nō est i gre co: nec etiā i hebo. ἐν τῷ ἐλθεῖν ἰδωμῆκ τῶν ἰσραηλιτῶν καὶ ἀπαγγεῖλαι τῷ σαούλ καὶ εἰπεῖν αὐτῷ. 52.

Annotatio: nes i trāsla. Hiero.

Quid gloriaris. a. Dilexisti omnia verba ad deo: andū linguā dolosa. Heb. (Dilexisti omnia verba deuoratiois sive precipitatio nis lingua dolosa sive linguā dolosam.) Nomina enim hebraica sunt inde clinabilia: et ideo indifferēter potest poni in quocūq̄ casu vbi magis fue rit consonū. b. Et super eū ridebunt. Hiero. eo quod hic habetur rides bunt: in hebreo est ἰσάcu: que dictio vno modo significat ridebunt sicut hic in littera habet. Alio vero modo significat irridebunt. vt ps. 36. ibi. Do minus autem irridebit eum. et in alijs locis.

Trāsla. Lxx.

In finem intellectus dauid pro amalech. 52.

Dixit insipiens in corde suo: nō est deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitate: nō est qui faciat bonum. Deus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligēs aut requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: nō ē q̄ faciat bonū: nō ē vsq̄ ad vñ. Ad ne faciēt oēs q̄ operant iniquitate: qui

Trāsla. Hiero.

Quid gloriaris in malicia potēs es in iniquitate? Tota die inuidias cogitat lingua tua: quasi nouacula acuta faciens dolus. Dilexisti malū magis q̄ bonus: mendacium magis q̄ loqui iustitiā. Semper. Dilexisti omnia verba ad deo: rādū: linguā dolosam. Sed deº destruet te in sempiternū: terribit te et euellet de tabernaculo tuo: et eradicabit te de terra viuētis. Sep. Videbit iusti et timebunt: et sup eū ridebunt. Ecce vir qui nō posuit deū fortitudinē suā: sed sperauit i multitudine diuitiarū suarū: confortatus est in insidijs suis. Ego autem sicut oliua virēs in domo dei: speraui in misericordia dei in seculū et in eternū. Cōfitebor tibi in seculū et in eternū. Cōfitebor tibi in seculū quia fecisti: et exspectabo nomen tuū quoniam bonū in conspectu sanctorum tuorum.

a.

b.

Trāsla. Hiero.

Dixit stultus in corde suo non est deus: corrupti sunt abominabiles facti sunt in iniquitate: non est qui faciat bonum. Deus de celo prospexit super filios hominum: vt videret si est intelligens requirens deum. Omnes auersi sunt pariter ad hēserunt: nō est qui faciat bonum: non est vsq̄ ad vñ. Nunquid non cognouerūt qui operā



deorant plebe meā vt cibi panis. Desi nō inuocauerūt: illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor. Quoniā deus dissipauit ossa eoz q̄ hominibus placet: confusi sunt qm̄ deus spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare israel: cū cōuerterit de captiuitate plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel.

tur iniquitate: qui comedit populi meū vt cibi panis: desu non inuocauerūt. Ibi timuerūt timore vbi non erat timor: quoniam deus disperfit ossa circumdantium te: confunderis quia deus proiecit eos. Quis dabit ex syon salutare israel: cum reduxerit de captiuitate populi sui: exultabit iacob letabitur israel.

Offic. Rico. i trāsla. lxx.

Omnes declinauerūt. (Omnes in s2. unimūdia.) In eo. (Quoniā deus dissipauit ossa eoz qui hominibus placet cōfusi sunt qm̄ deus spreuit eos.) Heb. (Quis deus dissipauit ossa occidētis te cōfundētur qz deus abominatus est eos.) Nec Rico.

Offic. grece translatio.

Titulus. In fine intellectus dauid pro amalech. In. h. In finem p̄ maelch intellectus dauid. εἰς τὸ τέλος ὑπερμαλέου πεσεως τῶ δαδ. et sic est etiā in hebreo. f. maelch. sed interpreta tur chorus et sic translulit bñs Hieronim.

Annotatio nes i trāsla. Hiero.

Offic. stultus. Titulus. Victorii p̄ chorus eruditio dauid. Pro eo qd̄ hic habet chorus: in hebreo est Maelech: q̄ dictio vno modo significat chorus sicut hic in isa habet. Alio vero modo significat infirmitatē vel languorē. vt Exo. 15. d. ibi. Luncti languorē quē posui in egypto non inducā super te. et Lanti. 2. b. ibi. Quia amore lagueo. et in alijs locis. et tunc potcrit esse realis titulus. f. Victorii per infirmitatē vel sup̄ infirmitatē vel languorē: intellectus siue intelligentia v̄ eruditio ipsi dauid. a. P̄ riter adheferūt. Pro eo qd̄ hic habet adheferunt: in hebreo est Heclach: q̄ dictio vno modo significat glutinati sunt siue adheferunt: sicut hic in isa habet. Alio vero modo significat inutiles facti sunt sicut Lxx. translulerūt. vt Job. 15. b. ibi. Quāto magis abominabilis et inutilis homo t̄c. b. Quoniā deus disperfit ossa circumdantium te: cōfunderis quia deus proiecit eos. Heb. (Quā deus disperfit ossa circumdantium siue castrametantium vel obsidentium te cōfundere fecisti.) f. illos (quoniā deus proiecit eos.)

Trāsla. Lxx.

Deus in nomine tuo saluus me fac: et i virtute tua iudica me. Deus exaudi orationē meā: auribus percipe verba oris mei. Quā alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animā meā: et non proposuerunt desu ante conspectus tui. Ecce enim deus adiuuat me: et dñs susceptor est anime mee. Auer te mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo dñe quoniam bonum est. Quo

Victorii in organo eruditio dauid: quando venerunt ziphei et disxerunt saul: nonne dauid absconditus est apud nos? 53. 54.

Deus in nomine tuo salua me: et in fortitudine tua vlciscere me. Deus exaudi orationem meā: auribus percipe verba oris mei. Quia alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum in conspectu suo. Semp. Ecce deus auxiliatur mihi: dñs sustentans animam meā. Redde malum insidiatoribus meis: in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: confitebor nomini tuo dñe qui

Trāsla. Hiero.

nam ex omni tribulatione eripisti me: et super inimicos meos desperxit oculus meus.

bonum est. Quoniā ex omni tribulatione liberasti me: et inimicos meos desperxit oculus meus.

Offic. grece translatio.

Deus in nomine tuo. a. Et in veritate tua disperde illos. In. h. In veritate tua disperde illos. vnde li et nō est in greco: nec etiā i hebreo. εἰς τὴν ἀληθείαν σου ἐξολόθρευσον αὐτούς. b. Et cōfitebor nomini tuo dñe. In. h. Confitebor nomini tuo dñe. vñ li et nō est in greco: nec etiā i hebreo. ἐξομολογησώμαι τῷ ὄνοματι σου κυρίου.

Annotatio nes i trāsla. Hiero.

Deus in nomine tuo. a. Et in fortitudine tua vlciscere me. Pro eo qd̄ hic habet vlciscere me: in hebreo est Hedimenti: que dictio vno modo significat vlciscere sicut hic in isa habet. Alio vero modo significat iudicare sicut Lxx. translulerūt. vt Gen. 49. c. ibi. Dan iudicabit populum suum. et Deut. 32. c. ibi. Iudicabit dñs populum suum. et in alijs locis.

Trāsla. Lxx.

Victorii in psalmis eruditio dauid. 53. 54. Exaudi deus orationē meam: et ne despicias deprecationem meā: intēde mihi et exaudi me. Languis sum i exercitatioe mea et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Quā declinauerūt i me iniquitates: et in ira molesti erāt mihi. Cor meū conturbatum est in me: et formido mortis cecidit sup̄ me. Timor et tremor venerūt sup̄ me: et cōreperūt me tenebre. Et dixi quis dabit mihi pēnas sicut colibe: et volabo et req̄scā. Ecce elogau fugiens: et mansi in solitudine. Expectabā eū qui saluus me fecit a pusillanimitate spiritus et tēpestate. Precipita dñe diuide linguas eoz: qm̄ vidi iniquitatē et cōtradictionē in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eam sup̄ muros eius iniquitas: et labor i medio eius et iniustitia. Et nō defecit de plateis eius vsura et dolus. Quā si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuisse vtiqz. Et si is q̄ oderat me sup̄ me magna locutus fuisset: abscondissem me foristan ab eo. Tu vero homo vnanimis: dux me et notus me. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: i domo dei ambulauim: cū cōsensu. Veniat mors sup̄ illos: et descendāt in infernū viuentis. Quā nequitie i habitaculis

Victorii in psalmis eruditio dauid. 53. 54.

Exaudi deus orationē meam: et ne despicias deprecationem meā. Intēde mihi et exaudi me: humiliatus sum in meditatiōe mea et cōturbatus. A voce inimici a facie persequentis impij: quoniā proiecerunt super me iniquitatē et in furore aduersabant mihi. Cor meū doluit i vitalibus meis: et terrores mortis ceciderunt contra me. Timor et tremor venit super me: et operuit me caligo. Et dixi quis dabit mihi pēnas colibe: vt volē et requiescā. Et procul abeā: et cōmorer i deserto. Semp. Festimabo vt saluer a spiritu tempestatis et turbinis. Precipita dñe diuide linguas eoz: quoniā vidi iniquitatē et cōtradictionem in ciuitate. Die ac nocte circumuehentes muros eius: scelus et dolor i medio eius. Insidie in viliabus eius: et non recessit de plateis eius dāni et fraudulentiā. Non enim inimicus exprobrabit mihi: vt sustineam: nec is qui me oderat sup̄ me magnificatus est vt abscondar ab eo. Sed tu homo vnanimis: dux meus et notus me. Qui simul habuimus dulces secretim i domo dei ambulauimus in terrore. Veniat mors super eos: descēdant in infernū viuentes: quoniā nequitie in cō-

Trāsla. Hiero.

eorum: i medio eorum. Ego autem ad deum clamavi: et dominus salvavit me. Vespere et mane et meridie narrabo et annuntiabo: et exaudiet vocem meam. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante sancta. Non enim est illis commutatio et non timebit deus: extendit manus suas in retribuendo. Consideraverunt testamentum eius divites: sunt ab ira vultus eius: et appropinquavit cor illi. Doli sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula. Facta super dominum curam tuam et ipse te enutriet: et non dabit in eternum fluctuationem iusto. Tu vero deus deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine.

b.

Offic. Hico. i trāsa. lxx.

Exaudi deus orationem meam. **C**ontristatus sum in exercitatione mea et commotus sum. **C**ontristatus sum. **H**eb. **C**onquerar in querimonia mea et fremam. **C**ontristatus sum. **E**xpectabam enim quod saluum me fecit a pessillanimitate spiritus et tempestate. **H**eb. **F**estinabam evasione a spiritu erradicati et turbine. **C**ontristatus sum in eo. **Q**ui simul dulces capiebas cibos in domo dei ambulavi cum consensu. **H**eb. **Q**ui simul dulcoravi? sicut in domo dei ambulavi cum fremitu. **C**ontristatus sum in eo. **E**xterdit manus suas in retribuendo comminaverunt testamentum eius divites sunt ab ira vultus eius. **H**eb. **E**xterdit manus suas ad pacificos suos vilipendit pactum suum explanaverunt super butyrum os suum. **C**ontristatus sum in eo. **F**acta super dominum curam tuam. **H**eb. **F**acta super dominum onus tuum. **H**ec officio.

Offic. grece translatio.

Antiphona. **Q**ui si inimicus meus maledixisset mihi. **In**. **H**. **Q**ui si inimicus maledixisset mihi. **vn** l i m e non est in greco: nec etiam in hebreo. **Orti** ē i d' ē x'apōc' ω'pei'δ'ισ'ε' μ'ε' b. **E**t non dabit in eternum fluctuationem iusto. **In**. **H**. **N**on dabit in eternum fluctuationem iusto **vn** l i e t nō ē i greco nec etiam in hebreo. **ὅ'υ' λ'ώ'σ'ε'ι' ε'ί'ς' τ'ὸ' π'ά'ν'ω' μ'ε' σ'α' λ'ο'γ' τ'ὸ' δ'ι' κ'α'ί'ω'.**

Annotatio nes i trāsa. Mierōi.

Exaudi deus. **a**. **C**ontristatus sum in meditatione mea. **p**ro eo quod **ss**. **h**ic habet meditatione mea: in hebreo est **Sychi**: quod dicitur equoeca est et vno modo significat meditationem sicut hic in lra habet. **A**lio vero modo significat gemitum vel dolorem. **v**t pmo Regi. 1. c. 1. **E**x multitudine doloris tui me rosis mei locuta sum vsq; in pns. **e**t in alijs locj. **t**unc erit talis lra. **h**umilia f' su i dolore vsq; in pntu meo **z** c. **i**. **i**n domo dei ambulavi? **c**ogregati **p**ro terrore i hebo est **Bages**: quod dicitur vno modo significat tumultum vel terrorem: sicut hic et ps. 64. **i**bi. **E**t tumultu operanti iniquitate. **A**lio vero modo significat congregacionem: **v**t supra i hac translatione. **ps**. 2. **i**bi. **Q**uare congregaverunt gentes **z** c. **e**t tunc erit sensus. **i**n domo dei ambulavi? **c**ogregati siue simul aut in vni vel in congregacione. **i**n consensu sicut **Lxx**. **t**ranslulerunt. **c**. **Q**ui nequitie i congregacione eorum. **p**ro eo quod hic habet congregacione eorum: **i** hebo est **Meguram**: quod dicitur equoeca est et vno modo significat congregacionem sicut hic in lra habet. **A**lio vero modo significat habitacionem sine habitacione sicut **Lxx**. **t**ranslulerunt. **v**t ps. 5. **i**bi. **N**on habitabit iuxta te malignus. **e**t tunc erit lra. **Q**ui nequitie in habitacione eorum: vel i habitacionibus eorum. **p**roest etiam hec dicitio significare timorem vel terrorem. **v**t **Lxx**. 2. **g**. **i**bi. **Q**ui me terreat per circuitum. **t**unc erit sensus. **Q**ui nequitie in timore terrore eorum. **d**. **C**ontristatus butyrum os eius? **p**ugnans asit cor illius? **i**n hebreo sunt hic quedam dictiones equivoce quod vno modo possunt significare sicut hic in lra habet. **A**lio vero modo sic. **f**. **A**enius butyrum os eius: et interiora cordis illius? **s**upple nitidiora butyrum. **H**ic pro eo quod hic habetur nitidius: in hebreo est **halchu**: quod dicitur etiam lenitate significat. **v**t **Heb**. 27. **b**. **i**bi. **H**osti quod esau frater meus homo pilosus sit et ego lenis. **e**t in alijs locj. **E**t similiter pro eo quod hic habet pugnans: **i** hebo est **Querab**: quod dicitur equoeca est: et vno modo significat pugnare sicut hic in lra habet. **A**lio vero modo significat vitalia siue interiora. **v**t ps. 108. **i**bi. **E**t intrauit sicut aqua i interiora eius. **z** i alijs locj. **e**. **C**ontristatus super dominum charitatem tuam. **p**ro eo quod hic habet charitatem tuam: in hebo est **Yehabcha**: quod dicitur vno modo potest significare charitatem siue amorem: sicut hic in lra habet. **A**lio vero modo in lingua syra vel punica significat onus vel curam. **e**t tunc erit littera. **p**roest super dominum onus tuum: siue curam tuam.

Trāsa. Lxx.

Merere mei deus quoniam concitatus est contra me homo: tota die impugnans me. **C**onculcavit me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. **A**b altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. **I**n deo laudabo sermones meos: in deo speravi non timebo quid faciat mihi caro. **T**ota die verba mea execrabantur aduersum me omnes cogitationes eorum in malis. **I**nhabitabunt et abscondent: ipsi canes mei obseruabunt. **S**icut sustinuerunt animam meam pro nihilo saluos facies illos: in te sperabo non timebo quid faciat mihi caro. **T**ota die sermonibus meis affligebant: contra me omnes cogitationes eorum in malis. **C**ongregabunt abscondite: plantas meas obseruabunt expectantes animam meam. **Q**uia nullus est saluus in eis: i super rore populos detrahes deus. **S**ecretiora mea numerasti: pone lachrymam meam in conspectu tuo sed non in narratione tua. **H**ic conuertentur inimici mei retrosum in quacumque die invocauero: hoc feci quia deus meus es. **I**n deo laudabo verbum: in domino predicabo sermones. **I**n deo sperabo: non timebo quid faciat mihi

Contristatus sum in exercitatione mea et commotus sum. **C**ontristatus sum. **H**eb. **C**onquerar in querimonia mea et fremam. **C**ontristatus sum. **E**xpectabam enim quod saluum me fecit a pessillanimitate spiritus et tempestate. **H**eb. **F**estinabam evasione a spiritu erradicati et turbine. **C**ontristatus sum in eo. **Q**ui simul dulces capiebas cibos in domo dei ambulavi cum consensu. **H**eb. **Q**ui simul dulcoravi? sicut in domo dei ambulavi cum fremitu. **C**ontristatus sum in eo. **E**xterdit manus suas in retribuendo comminaverunt testamentum eius divites sunt ab ira vultus eius. **H**eb. **E**xterdit manus suas ad pacificos suos vilipendit pactum suum explanaverunt super butyrum os suum. **C**ontristatus sum in eo. **F**acta super dominum curam tuam. **H**eb. **F**acta super dominum onus tuum. **H**ec officio.

Trāsa. Mierōi.



me sunt deus vota tua: que reddas laudationes tibi. Quonia eripuisti animam meam de morte: et pedes meos de lapsu: ut placeam coram deo in lumine viuentium.

hi homo. In me sunt de vota tua: redda gratiar actiones tibi. Quia eripuisti animam meam de morte: et pedes meos de lapsu: ut ambulē coram deo in lumine viuentium.

Dñe Rico. i trāsla. lxx.

Miserere mei deus. **C** Deus vitā meā annūciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo sicut et in pmissiōe tua. **D**eb. (Deus motiones meam enarrasti: posuisti lachrymas meas in vtre tuo sicut et in numeratione tua.) **H**ec Rico. .56.

Annotatio nes i trāsla. Hiero.

Miserere mei deus. **a.** **C** Secretiora mea numerasti. **H**eb. (Instabilitates siue motus aut mutatiōes meas numerasti siue scripsisti vel narraſti) et est hic in hebreo eadē dictio que ponit infra immediate p narratiōe. **E**t pro eo qd hic habet secretiora mea: in hebreo est **H**udi: q dictio instabilitatē vel motū significat. vt **H**eb. 4. b. ibi. **V**agus et pfugus eris in terra. vbi pro pfugo siue instabili ponit similis dictio sicut hic. et **J**ob. 15. c. ibi. **E**t se mouerēt ad querēdi panē. et in alijs locis. **b.** **C** Sed nō in narratiōe tua. **H**eb. (Honne in narratione tua) quasi dicat. **A**lqz pones lachrymā meā n narratione tua vel in libro tuo siue in numeratione tua. **D**ictio enim hebraica **S**iphrathecha q hic ponit pro narratione equiuoca est: et vno mō significat narrationē sicut hic in lra habet. **A**lio vero modo significat libru siue numerationē. de. 1. ps. 138. ibi. **E**t in libro tuo om̄s scribētur. de. 2. **H**u. 23. b. ibi. **E**t nosse numerū stirpis israel. et i alijs locis. **E**t similiter p eo qd hic habet sed non: i hebreo est **H**alo: que dictio cōmuniter significat nonne. vt **H**eb. 4. a. ibi. **H**ōne si bene egeris recipies: et. 1. **R**eg. 21. b. ibi. **H**onne iste est dauid? **E**t aliquādo significat ecce. vt pmo **R**eg. 10. a. ibi. **E**cce vixit te dñs in principē. et in alijs locis. **c.** **C** In dño predicabo sermonē. **H**eb. (In dño laudabo sermonē) **H**ā pro eo qd hic habetur predicabo: in hebreo est **H**alel: q dictio laudare significat. vt supra in codē versu vbi dicitur. **I**n deo laudabo verbū: vbi eadem dictiones ponuntur in hebreo.

C In finem ne disperdas dauid in tituli inscriptione cum fugeret a facie saul in speluncam. .56.

C Victorū vt non disperdas dauid humilē et simplicem: quādo fugit a facie saul in spelunca. .57.

Trāsla. Lxx.

Miserere mei de? misere mei: quia in te cōfidit aīa mea. **E**t in vmbra alarū tuarū sperabo: donec transeat iniquitas. **C**lamabo ad deū altissimū: deū qui bene fecit mihi. **M**itte de celo et liberauit me: de dit in opprobriū calcātes me. **M**itte deus miām suā et veritatē suā: et eripuit animā meā de medio catulorū leonū dormiui cōturbar. **F**iliū hominū dentes eorū arma et sagitte: et lingua eorū gladius acutus. **E**xaltare sup celos deus: et in om̄i terra gloria tua. **L**aqueū parauerūt pedibus meis: et incurauerūt animā

Miserere mei de? misere mei: quonia i te sperat aīa mea: et in vmbra alarū tuarū sperabo: donec transeat iniquitas. **I**nuocabo deū altissimū: deum vltorē meum. **M**itte de celo et saluabit me: exprobrabit conculcantibus me **S**emp: mitet deus misericordiā suā et veritatē suā. **A**nima mea in medio leonū dormiuit ferocientū: filiū hominū dentes eorū lancee et sagitte et lingua eorū gladius acutus. **E**xaltare sup celos deus: in omni terra gloria tua. **R**ete parauerunt gressibus meis ad incuruandā animā

Trāsla. Hiero.

meam. Foderunt ante faciem meā foueā: et incidērūt in eā. **P**aratum cor meū deus paratū cor meū: cāta bo et psalmū dicā dño. **E**xurge gloria mea: exurge psalterium et cythara: surge exurgā diluculo. **C**ōfitebor tibi i populis dñe: et psalmū dicam tibi i gētibus. **D**ñm magnificans est vsqz ad celos miā tua: et vsqz ad nubes veritas tua. **E**xaltare super celos de?: et sup om̄nē terrā gloria tua.

meam: foderunt ante me foueas: e ciderūt in mediū eius. **S**eper. **P**aratum cor meū deus: paratum cor meū: cantabo et psallā. **S**urge gloria mea: surge psalteriū et cythara: surgam mane. **C**ōfitebor tibi in populis dñe: cantabo tibi in gētibus. **D**ñm magna vsqz ad celos miā tua: et vsqz ad nubes veritas tua. **E**xaltare super celos deus: in omni terra gloria tua.

Dñe Rico. i trāsla. lxx.

Miserere mei de?. **C** Animā meā eripuit de medio catulorū leonū dormiui cōturbar. **H**eb. (Aīa mea in medio leonū cubabo hāmātū). i. ferocitū: et icēpit hic vsus Aīa mea. et subitelligit aſſecurata est in tātū q i medio leonū ferocitū itrepid? cubabo sicut legitur de dāmele. **H**ec Rico. .56.

Dñe grece translatio.

a. **C** Cāta bo et psalmū dicā dño. **I**n. **H.** (Cātabo et psalmū dicā in gloria mea.) **Λ**ομα και ψαλω εϋ τη δόξη μου. **S**z in hebreo nec habet li dño nec li in gloria mea in hoc loco. **S**z solū. **C**ātabo et psallam. **b.** **C** Et psalmū dicā tibi in gētibus. **I**n. **H.** (Psalmū dicā tibi in gentibus.) **v**ā li et nō ē in greco: nec etiā in hebo. **ψαλω σοι εϋ ε̄ο̄ῡε̄σι.** .57.

Annotatio nes i trāsla. Hiero.

Miserere mei de?. **C** Titulus. **C** Victorū vt nō disperdas dauid humilē et simplicē. **a.** **C** In hebo simplex accipit p pfecto et sic i sequētibus. **a.** **C** Deū vltorē meū. **P**ro eo qd hic hēf vltorē in hebreo ē **H**omer: q dictio etiam significat cōsumatorē. vt ps. 7. ibi. **C**ōsumet neqtia peccatorū et ifra ps. 77. ibi. **C**ōsumabit verbū eī a generatiōe in generatiōes. et tūc erit lra. **D**ēū cōsumatorē meū siue pſcientē me. **b.** **C** Aīa mea in medio leonū dormiuit ferocitū. **I**n hebreo li dormiuit est pme psonē. et tunc li aīa mea erit vocatiui casus: vt si est noiatiui casus poterit eē talis lra. **c.** **A**īa mea in medio leonū: dormiui ferocitū siue furētū filij hominū. qz in hebreo vt sepe dictū est nomia sunt indeclinabilia. **c.** **E**t vsqz ad nubes veritas tua. **P**ro nubib? in hebreo ē **S**echachim: q dicitio equoca est: et vno mō significat nubes sicut hic in lra hēf. **A**lio dō mō significat celos. vt ps. 88. ibi. **E**t testis in celo fidelis. et i alijs locis. et tūc erit lra. **E**t vsqz ad celos veritas tua.

Trāsla. Lxx.

Sz vere vtiqz iustitiā loquimini **S**recte iudicate filiū hominum. **E**tenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vře cōcinnāt. **A**lienati sunt peccatores a vultu: errauerunt ab vtero locuti sunt falsa. **F**uro: illis scdm similitudinē serpētis: sicut aspidis surde et obturātis aures suas. **Q**ue nō exaudiet vocē incātātū: et venefici in cantantis sapienter. **D**eus contes

C Victorū vt non disperdas dauid humilē et simplicem. **S**z. **S**z vere vtiqz iustitiā loquimini **S**recta iudicate filiū hominum. **E**tenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vřaz apprehendite. **A**lienati sunt peccatores a vultu: errauerūt ab vtero loquētes mendaciū. **F**uro: eorū sicut furo: spētis: sicut reguli surdi obdurantis aures suam. **E**t non audiat vocem murmurantium: nec incātatoris icantationes callidas.

Trāsla. Hiero.



habetur sic. Dei mei misericordia pueniat me. b. Ego autem can-
bo iperiu tui: et laudabo mane miam tua. Pro eo qd hic hēf imperiu: i
hebreo ē. Dicitur vno mō significat iperiu: sicut hic in lsa hēf. vt. p.
Regi. 2. b. ibi. Dabit iperiu regi suo. Alio vno mō et magis cōmuniter si
gnificat fortitudinem sicut Lxx. trāstulerūt. vt Exo. 15. a. ibi. Fortitudo
mea et laus mea dñs. et ps. 92. ibi. Indur⁹ est dñs fortitudinē et p̄cixit se
et in alijs locis. Et similiter p eo qd hic hēf laudabo: ihebo est Aranen:
q̄ dicitio etiā significat exultare. vt dicitur est supra ps. 33. et tūc erit littera
Ego autē cātabo fortitudinē tuā et exultabo mane mīa tua: sicut mīa tuā.

In finem. p his qui cōmutabun-
tur in tituli inscriptione ipsi dauid i
doctrinam: celi succendit mesopota-
miā syrie et sobal: et cōuertit ioab et
percussit edom in valle salinarum
duodecim milia. 59.

Deus repulisti nos et destruxif
ti nos: iratus es et misit us es
nobis. Cōmouisti terram et cōtur-
basti eā: sana contritiones eius qz
cōmota ē. Distēdisti populo tuo du-
ra: potasti nos vino cōpunctionis.
Dedisti metuētibz te significatio
nē: vt fugiāt a facie arcus. Et libe-
rentur dilecti tui: saluū fac dextera
tua et exaudi me. De⁹ locutus est i
sancto suo: letabor et paritbo: sicut
